

Google







H. Cotton



CLYPEUS EXULIS,

SEU


DISSERTATIO

THEOLOGICA,

JURIDICA ET HISTORICA,

In lucem edita per Reverendum Patrem Magistrum BERNARDUM KENEDY Ordinis Eremitarum Sancti Patris Augustini, Sacræ Theologiæ Doctorem, & Provincialem Hyberniæ, ut Itinerarium sui exilii & transmigrationis in exteras Nationes, sæviente persecutione contra Catholicos illius Regni per Principem Auriacum, Parlamentum & Fautores ejus ab anno 1698. & huc usque continuata.





R O M Æ.

Typis Sac. Congregat. de propaganda fide.

Anno M. DCC.





DIVIDITUR IN TRES PARTES.




RIMA pars continet dialogum controversiarum inter Auctorem & quosdam Doctores, seu viros eruditos de secta Lutheranorum & Calvinistarum seu Protestantium.

Secunda pars tractat de statu Religionis Catholicæ, & de concurrentibus ad exterminium ejus ; nec non de encomiis & excellentia Populorum ejus Regni in rebus fidei & Religionis Catholicæ.

Tertia pars est Apologetica seu accuratior ventilatio de quibusdam dubiis quæ spectant ad integritatem dissertationis.

Dirigitur ut extremæ calamitatis ad Memoriale Ludovicum XIV. Christianissimum & Potentissimum Galliarum Regem.



CHRISTIANISSIME ET POTENTISSIME REX.



ABORAVI in vinea Domini à multis annis, donec in causa fidei & Religionis Catholicæ manifestè contra jura gentium, Divina & humana violenter ex Patria nativa in exilium coactus, non tantum ex oppressione Tyrannorum & Hæreticorum quantum ex fatali, pudenda & desolata colligatione aliorum cum illis in ruinam Religionis, eversionem Regis & desolationem Patriæ nativæ. Indita est à natura propensio quædam nobilis, & natura sibi consentiens præcipit, ut quis pro viribus agat

pro Lege, pro Rege & pro Patria. Huic obligationi ut satisfacerem, peragravi meliorem partem Europæ, exposui querelam meam lacrymabilem coram Regibus, Principibus & supremis Prælatis, quos evidenter novi esse obnoxios reddendi rationem coram altissimo Tribunali tremendi Judicis de universa nostra miseria & desolatione. Consolationem non inveni & vix compassionem obtinui; imo iniquitas & astutia humana ita prævaluit, ut à multis fuerim prohibitus ne querelam meam manifestarem quantumcumque in favorem justitiæ, Religionis & veritatis, quod certissimo est contra legem naturæ, compescere moribundum ne aliquos ante mortem gemitus edat. Nunc nihil mihi in hac parte restat nisi ut Deum optimum appellem & quando perspicuè video quod Altissimus te magnificavit super omnes Reges terræ, ita ut magnificentia & gloria Regni tui omnem humanam eloquentiam longe lateque su-

eravit, non quidem casu factum, sed speciali & ineffabili Dei providentia, qua constituit te firmissimum & invincibile propugnaculum fidei & Religionis Catholicæ: quod si non ita foret, procul dubio potestas tenebrarum & molimina multorum contra' Ecclesiam Dei & Testamentum Christi ejus hisce temporibus supra modum prævalerent; insuper consideravi & vidi quod exardescis Zelo gloriæ Dei & decoris domus ejus (ex fructibus eorum cognoscetis eos) quibus & inter alias rationibus fretus confidenter accedo ad Thronum Majestatis & gloriæ tuæ, offerens hoc exiguum opus, & quantumvis apprimè noverim quod magnorum est semper humilia respicere, & alta à longè cognoscere, & quod duo minuta viduæ bono affectu oblata sententia Salvatoris ad divitum magnifica munera præferuntur: licet etiam in eo nihil est reperiri, quod non sit vel materia facti de

injustitia manifesta & publica, vel objectum pietatis, & compassionis, aut tendens in defensionem fidei Divinæ, infallibilitatis Ecclesiæ, & legitimæ auctoritatis summi Pontificis; & consequenter in utilitatem multorum, saltem ex Compatriotis meis & aliis Septentrionalibus qui revera in hac ipsa materia præ omnibus aliis tela adversariorum violentius patiuntur. Non tamen inde ut oblatum aut congruum obsequium ad pedes tam supremi Monarchæ offerre præsumo; sed ut lamentabile Memoriale lacrymabilis calamitatis, sub umbra magnarum tuarum alarum umbraculum imploro. Quo protectus possim in levamen cordis mei, in causam fidei Divinæ, Religionis, Regis, & Patriæ & in propriam miseriam, dolorem meum paululum & liberè plangere. Interim Dominus Deus omnipotens conservet & augmentet gloriam & imperium tuum per om-

*nes generationes pro quo semper ora-
bit,*


Tuæ Christianissimæ & Potentissimæ Majestatis devotissimus, addictissimus & humillimus servus,

Frater BERNARDUS KENEDY Augustinianus & Missionarius Apostolicus.





BENEVOLE LECTOR.



ENixè rogo, ut cũ pervenerit libellus iste in tuas manus, Cẽsorias proprii judicii lances moderans, ad trutinam veritatis respicias; nec quia abjecto fallaci indumento, & splendore subtilitatis, quæ potius solidæ Doctrinæ tenebrosæ imagines sunt, & caliginis umbræ, & sæpè impediunt, ne proprio indumento veritas elucescat; sinceritatem nostram despicias. In hoc ergo rectum judicium tuum sine præjudicio exopto, ut ad quem inter nos certantes illud fatidicum Sybillæ apud Lactantium jurè dirigatur. *Quis tibi in mentem imposuit, ut hæc perficias magno Dei ore relicto?* Justa ergo sententia qui sunt fabricatores mendacij, & cultores perversorum dogmatum luculenter appareat. Prætereà juxta senten-

tiam Magni Parentis Augustini, & Normam Justitiæ intentio operantis prius appenditur in statera, quàm qualitas operis. Quantùm ad primum, zelum Religionis, exterminium Patriæ, & fidelitatem legitimo Principi præ oculis habemus. Quantùm verò ad secundum, frustra quæritur munditia in cilicio. Inter miserias, lachrimas, peregrinationes, & angustias nostri exilii hanc sobolem parturimus. Tu autem misericordiâ motus, & pietate affectus non decet, ut addas afflictionem afflicto; sed potiùs excuses, compatiens nostris miseriis, glorifices Deum, qui te protegit à simili cum nostra calamitate. Nos autem, si fortè gratiam tuam auspicari valeamus, cum sis insignis Theologus, sapiens Legista, prudens Jurisperitus, vel præclarus Historicus; ex omnium vestrum campis aliquos flosculos in nostro manipulo insertos tradimus quibus experientia novimus plures Hæreticos devictos, quos per gratiam Dei in gremium Sanctæ Matris Ecclesiæ, recepimus,


non quidem per doctas fabulas, nec in sublimitate sermonis, sed potius in spiritu, & veritate, sicut in Deo Maximo, & optimo spem reponimus. Si verò nostra elucubratio tibi non proderit, saltem nocere non poterit. Vale.





CLYPEUS EXULIS,
SEU
DISSERTATIO
THEOLOGICA,
JURIDICA ET HISTORICA.

RATIO SCRIBENDI.

Num. 1. ÆVIENTE persecutione contra Catholicos in regno Hyberniæ anno 1698. juxta Decreta exterminativa Parlamenti, quibus contra Legem Naturæ, & Jura Gentium violata, vel turpiter illusa sunt omnia, vel saltem pleraque pacta illa, & capitulationes factæ, & per fidem publicam juridicè Catholicis concessæ in subjugatione illius regni, ut luculentiùs constabit ex infrà dicendis in secundâ parte. Expleto tempore limitato juxta tenorem illorum Decretorum, pro egressu, & exilio omnium Prælatorum, Regularium, & quorumcunque Ecclesiasticorum Jurisdictionem Ecclesiasticam habentium, ex omnibus finibus totius ditionis Regis Magnæ Britanniæ, sub gravissimis

pœnis non solùm infligendis in ipsos Ecclesiasticos, verùm etiam in quoscunque Sæculares foventes, vel recipientes illos. Post igitur expirationem limitati temporis ego permansi solitarius in quodam habitaculo, in quo commoratus fueram cum Fratribus, ut Superior illorum, in Civitate Dublinensi. Illud habitaculum appellabatur Arx Sancti Eugenii, vulgo *Saint Odiens Arch.* Illuc accedebat ad me quidam Famulus seu Frater Conversus, qui temporibus statutis annonam conferebat, & sic navans operam, ut, si possibile foret, permanerem in Patria Nativa, non obstante rigore persecutionis, & servirem Deo, & Populo ejus cum omni humilitate, & lachrymis. Unde transegimus aliquot menses in prædicto habitaculo, donec orta fuerit in me tempestas valida. Quidam satellites, seu exactores ex parte Domini, à quo habitaculum illud per annuum redditum locatum habuimus, præsertim villicus illius domini, crudeli plaga me afflixerunt per opprobria jurgia, & calumnias, ut me expellerent sub prætextu, quod non possem solvere redditum, nec reparare ædificium; siquidem nemo sub pœna confiscationis omnium bonorum mihi ullum subsidium exhiberet, timentes etiam, ne ipsimet eandem pœnam incurrerent, si mihi domum locarent. Hæc refero, non in odium illius Domini, nec

uxoris ejus, qui fortè hanc persecutionem promoverunt, cum aliàs boni, & devoti Catholici extiterint, sed quia id genus Martyrii in causa Fidei non solùm ab Adversariis, sed etiam à domesticis Fidei sustinui. Prætereà, ut retundatur injustitia illorum, qui asseruerunt Prælatos, Regulares, & Ecclesiasticos non strenuè dimicasse ex eo, quod tam promptam obedientiam injustis Legibus exhibuerunt. Etenim persecutio ita ordinata, & disposita fuit, ut ipsimet Catholici coacti sint expellere eos subtrahendo omne reclinatorium & subsidium.

Num. 2. Inter ergo hujusmodi turbines, & tempestates accedebant ad me quidam Incolæ Civitatis Dublinensis, inter quos erant duo viri eruditi, & præ cæteris authoritate præstantes, habitu Clericali vestiti ad normam illorum, quos Doctores appellabant: omnes erant ex Secta Calvini, Lutheri, vel aliorum Sectariorum. Post Officia civilitatis asserebant se advenisse ex affectu compassionis, multùm querentes, quod vir grandævus nimio labore, & infirmitate corporis correptus, sit adeo restrictus, & jam ingruente senectute in exilium coactus. Quidam Nobilis Sæcularis inter illos assumens sermonem ait, quod valde congruum foret, si me componerem ad aliquam normam, & conformitatem, ut possem auspicari favorem apud Magistratus, & Præfec-

tos Regni ; ita dispensare valeant super rigorem Legis mihi adversantis , & licèt hoc fieret per quamdam dissimulationem , abundè sufficeret , ut omnes Magistratus, & Præfecti suum patrocinium , & protectionem extenderent. Quod si propositum ulteriùs mutarem , & perficerem , ut concionari vellem indifferenter omni Creaturæ , promotionibus honorificis , & divitiis me promoverent , & cumularent ; unde possem suscipere patrocinium multorum Civium , & protegere plures ex Compatriotis nimiùm inter angustias positis.

Num. 3. Gratias retuli pro tanta humanitate , cæterùm non esse conveniens , ut Vir Grandævus fingeret , aut dissimularet in re gravissima , ne fortè maculam suæ senectuti , & execrationem coram Deo , & Angelis ejus contraheret. Prætereà , facta à juventute mea perpetua indagine , hucusque investigare non valui , nisi triplex motivum conversionis , seu mutationis de una persuasione religionis in aliam. Primum motivum , quod plures arripiunt , videlicet bona temporalia , promotiones honorificas, favores , & divitias , per speciem mulieris, & similia ; amplectuntur quamcunque Sectam , vel persuasionem , parum , aut nihil cogitantes de veritate , vel sinceritate talis Sectæ ; hujusmodi potiùs execrari, quàm imitari decet , sunt enim *bestiæ pigræ,*

quorum Deus venter est , & finis interitus. Proculdubio illos respicit Evangelium in his verbis : *stulte, hac nocte auferent àte animam tuam , qua ergo parasti cujus erunt ?* Secundum motivum accidit , quando quis malè tractatur à Domesticis Fidei , à Præfectis, Prælatis , vel Superioribus forte propter sua demerita , & aliquando per imprudentiam , & ingratitudinem illorum , cum quibus tractat. Infelix homo non valens sustinere ; in pœnam forte peccatorum permittit Deus , ut prosiliat in quamdam desperationem , currit in Apostasiam , corruit in Hæresim , & similia , ut se ulcisceretur ab Adversariis. Vidimus plures hujusmodi farinæ, sed sunt procellæ spumantes , quæ circumferuntur à vento. His ergo duobus motivis spretis , & ejectis , utpotè Viro Christiano, constanti, & cordato indignis valde.

Num. 4. Tertium motivum conversionis de una persuasione Religionis in aliam, quando Deus interiùs illuminat , & movet efficaciter , & forte exteriùs tangit convincens hominem incedere per semitas perditionis; & demonstrans viam salvationis , per quam incedere debet , ut videtur contigisse Divo Paulo in Actibus Apostolorum , & Sancto Augustino , ut ipse fatetur in Libris Confessionum. Quantum ad hoc motivum , nulla cogitatio ascendit in cor meum , ut dubitem de veritate , ac sinceritate Religionis , & in-

fallibilitate Ecclesiæ, in qua nutritus, & educatus sum ab infantia mea in Articulis, & rebus Fidei Divinæ; qua sinceritate firmissima non obstante, declaro, quod si quis me convinceret per viam pravam incedere, & viam rectam salutis luculentiùs demonstraret, ad sententiam rectam salvationis expeditè me converterem. Hoc dico certissimus de impossibilitate talis convictionis, aliàs mihimet ipsi in hac parte non crederem.

Num. 5. Doctor Calvinista arripuit hanc ansam obligans se argumentis validis tam à Textu Sacro, & Canonico, quàm à ratione petitis me convincere erroribus multis involutum, plurimùm deviare ab æternæ salutis via; si vellem patienter auscultare, & admittere, ut me frequentaret, assistente illo alio Doctore Lutherano, simul cum Viro Nobili Sæculari, qui fortè tunc aderat (nescio cujus Sectæ, sed quod erat ex numero Protestantium, hoc sufficit, ut reputetur ab illis fidelis, & electus, tantùm si protestetur contra Ecclesiam Catholicam Romanam, de reliquo innitatur quibuscunque principiis) ego libenter acquievi non timens damnum, & volens tantum lucrari, ut exponerem illis sensum, quo credebam Articulis Fidei versis ab illis in controversiam. Novi enim, quod sinistrè, & in sensu depravato nos semper repræsentant, &

Populo exponunt. Factis ergo, & statutis pactis, & conditionibus de norma, & modo procedendi, die sequenti fit

Primus Congressus.

Num. 6. Doctor Calvinista proponens ait, eadem est Ecclesia Dei ab Abel justo initiativè, usque ad Christum Dominum, & usque ad finem mundi in statu Legis Naturæ, Scriptæ, & Gratiæ; & nunquam absolutè defecit, licèt Congregatio Fidelium non manifestè quandoque apparuit, fuit namque aliqualiter invisibilis ab Abel usque ad Enos. *Ipse cœpit invocare nomen Domini.* Gen. 4. neque vestigium Religionis apparet usque ad Enoch, de quo dicitur. *Ambulabat Enoch cum Deo, & non apparuit, quia tulit eum Dominus.* Postea Gen. 6. fit mentio Ecclesiæ: *Videntes Filii Dei filias Hominum;* sed subitò obnubilata est, corruperat quippe omnis caro viam suam; nec ultra apparet usque ad Noë, in cujus Arca visibiliter præservata fuit. Et postea pro aliquo tempore apparuit, sed penitus circa ædificationem Turris Babilonicæ incognita erat, & invisibilis; & sic permansit usque ad Abraham, qui fuit posterior Noë saltem per decem generationes. Permansit visibilis in domo Abrahæ usque ad Christum Dominum.

Num. 7. Accepit Abraham Testamentum Circumcisionis pro se, suis posteris, & familia. Sed notandum est, quod licèt Ecclesia fuerit visibilis, & cognita in domo Abrahæ tantummodo, erat tamen alia Providentia Salutaris in mundo præter Testamentum datum Abrahæ, Isaac, & Jacob; unde Ecclesia Dei non fuit coarctata intra limites, & terminos domus Abrahæ, licèt ibi tantùm fuerit manifesta. Providentia namque Salutaris per Legem Naturæ accedente Fide in Christum venturum non fuit abrogata per Testamentum Circumcisionis, nec per Legem Moysi, nec fuit illud Testamentum universaliter datum, sed tantùm familiæ, & posteris Abrahæ, ita ut Ecclesia Dei fuerit partim invisibilis, & incognita etiam in ipso tempore Synagogæ & sane non obstante frequenti visitatione, & speciali Dei assistentia exhibita Populo Israëlitico, & Synagogæ, aliquando ita defecit, & conversa est ad simulachra Gentium, & Idololatriam, ut nullatenus, aut vix Ecclesia, seu Congregatio Fidelium apparuerit, ut constat 3. Reg. 19. *Zelo Zelatus sum pro Domino Deo exercituum, quia dereliquerunt pactum tuum Filii Israël, altaria tua destruxerunt, Prophetas tuos occiderunt gladio. Derelictus sum ego solus, & quærunt animam meam, ut auferant eam.* Evidens ergo est, quod Propheta ignorabat Con-

gregationem Fidelium in Terra; sed in eodem capite revelavit Deus Prophetæ septẽ millia Virorũ de Congregatione Fidelium in Israël: *Dereliqui mihi septem millia Virorum in Israël, qui non sunt incurvati ante Baal.* Ecce hic facta est Ecclesia invisibilis, & incognita, nisi soli Deo.

Num. 8. Post Adventum Christi Domini reduxit quidem omnem providentiam salvationis ad Legem Gratiæ, & ad sua merita, cum exclusione expressa cujuscunque alterius Providentiæ Salutaris; & sanè licèt Ecclesia Christi fuerit fabricata super firmam Petram, & sanguine ipsius plantata, & rigata, mira claritate illustrata, ac Lege Evangelica per Universum Orbem in mirabilibus magnis promulgata per cultores Apostolicos primitias spiritus habentes, orta tamen sunt tot Schismata, & Hæreses: prævaluit iniquitas in ipsa Primitiva Ecclesia, ut navicula operiretur fluctibus teste Divo Hieronymo: *Ingemiscens Orbis Terrarum se Arianum esse miratus est.*

His præsuppositis, quæ extra controversiam videntur, utpote materia facti; sic efformo ratiocinium. Stat præservatio, & perpetuitas Ecclesiæ Dei in numero brevi Fidelium, etsi sint inter se dispersi, & incogniti, nec tollit stabilitatem ejus, quod sit agitata fluctibus errorum, & innovationibus impietatis: nec hæc omnia impediunt,

quominus præservetur Ecclesia in veteri Testamento, ut manifestè constat ex supradictis. Ergo nec in novo tollunt, quominus verificentur omnes promissiones] Christi Domini; videlicet, quod sit fundata super firmam Petram, quod portæ inferi non prævalebunt adversùs eam, quod Fides Petri non deficeret, &c. Sumptis ergo his omnibus per modum antecedentis, sequitur, quod nova reformatio non pugnat cum statu & vera ratione Ecclesiæ, & Congregationis Fidelium. Antecedens est sufficienter inculcatum in supradictis; consequens rectè deducitur. Reformatio namque requiritur, ut Ecclesia illustretur, & magis appareat, & etiam ut liberetur ab accidentibus erroris, & iniquitatis, quæ semper emergunt in hoc statu militantis Ecclesiæ. Ergo Religio Reformata consonat cum statu perfecto Ecclesiæ militantis. Ergo qui adhæret Ecclesiæ reformatæ protestatione facta contra errores, & innovationes introductas in Ecclesia Romana, non debet censeri Hæreticus, nec à scopo veræ Christianitatis deviare.

Num. 9. Respondeo admissis omnibus præjactis in recopilatione Historica de statu militantis Ecclesiæ, ex quibus constatur antecedens illius ratiocinii, seu argumenti; admitto ergo antecedens, quoad omnes ejus partes. Certum enim est, quod licèt Ecclesia Christi militans sit per se visibilis, utpotè

ex visibilibus membris in hoc mundo consistens, per accidens tamen potest adeo opperiri fluctibus, ut vix appareat. Hujusmodi accidentia superveniunt statui militantis Ecclesiæ ex consortio, & infestatione reproborum, cum quibus Fideles, & electi sunt intermixti usque ad diem Judicii Universalis. Et licèt hæc accidentia nec in novo, nec in veteri Testamento adeo Ecclesiam opprimere valeant, ut corruat, non obstante tamen propter tales fluctus emergentes, concedo, quod perpetua Reformatio sit necessaria, ut illustretur Ecclesia, & liberetur ab hujusmodi accidentibus. Hoc tamen debet intelligi ita, ut sermo sit de Reformatione Juridica, & Legali. Si autem sermo sit de Reformatione, quæ non sit Juridica, & Legalis, sed nomine tenus tantùm, & sub titulo, & umbra Reformationis pandens vias plurimas multiplici corruptelæ, & prævaricationi; nego consequentiam, & quotquot inde subsequuntur. Dico ergo, quòd Ecclesia semper, & à principio nihil magis anhelat & conatur, quam Reformationem, per tot Concilia Generalia, Provincialia, Congregationes, & Institutiones, semper ambiens in vita, moribus, & doctrina expurgationem veteris fermenti, & renovationem in azymos sinceritatis, & veritatis Fidei Divinæ, & Catholicæ Religionis. Quæstio igitur debet esse de facto, &

jure; videlicèt, an Institutiones Calvini, & Lutheri, & aliorum Sectariorum, qui omnes seipsos Reformatores jactitant, & contra Ecclesiasticam Catholicam Romanam garriunt, debeant dici Religiones Reformatæ, vel Reformationes in Religione.

Quoad primam ergo partem quæstionis, videlicet, an sit de facto Reformatio; *Ex fructibus eorum cognoscetis eos.* Nulla Natio Infidelium unquam conversa fuit ad Fidem Christi per unam, aut aliam Sectam; imò nec per omnes simul sumptas. Inter Christianos verò quot Schismata, quot Hæreses, quot divisiones, quot bella, quot clades, quot odia, & execrationes attulerunt? Dicant nobis, si in nulla re servarunt inter se vinculum pacis, & unionis tam innumerabilis multitudo Sectarum, nisi in odio, execratione, & protestatione contra Ecclesiam Catholicam Romanam. Quantùm ad reformationes introductas in Regnum Angliæ, & inter Batavos, profectò non opus est uti alio argumento, quàm divisione, & multiplicatione Sectarum ita ut Religio Reformata illorum versa est in ludibrium.

Num. 10. Quoad secundam partem quæstionis, videlicèt, an sit Reformatio illorum Juridicè, & Legaliter facta; ostenditur manifestè, quod non. Omnes enim Reformatores Religionis, qui à principio

nascentis Ecclesiæ pervenerunt Juridicè, & Legaliter, vel sunt missi à Deo mediatè, vel immediatè. Si sunt immediatè missi, seu per Divinam Inspirationem, semper missi sunt cum potestate patrandi miracula in confirmationem doctrinæ, seu Reformationis, ut constat in Moysi, Elia, Christo Domino, & in omnibus aliis sic missis. Sed nullus ex novis Reformatoribus, qui contra Ecclesiam Romanam latrat, hujusmodi missionem prætendit. Quod novi Reformatores non sunt missi mediatè, patet; quia si missio eorum esset mediante aliqua Ecclesia, Prælato, vel Præposito habente auctoritatem, vel jurisdictionem Ecclesiasticam; sed nec Lutherus, Calvinus, Oecolampadius, Zuvinglius, Melanchthonius, nec ullus alius ex novis Reformatoribus talem missionem potest prætendere, cum omnes fatentur se deseruisse Ecclesiam Romanam, & contra ipsam dimicasse, nulla exceptione facta Ecclesiæ Græcorum, nec alterius Ecclesiæ, unde missio illorum possit derivari: ergo à primo ad ultimum Reformatio illorum non est Juridica, nec Legalis. Non opus est contrahere moram circa materiam hujus argumenti, siquidem sæpè sæpius in sequentibus triturabitur. Interim animadverte verba Divi Augustini, quæ iterùm repetere non tædebit, videlicèt: *Quod*

etsi Angelus de Cælo prædicaret illi sine authoritate Ecclesiæ, non crederet, nec audiret.

Secundus Congressus.

Num. 11. Arguit Doctor Lutheranus. Si quis discernit Ecclesiam malignantium, corruptelam undique ingressam, usurpationem, & innovationem, quod omnis caro corrumperet viam suam, & hæc omnia evidenter appareant. Ut segregaret se & alios ab hujusmodi Congregatione, non opus est, ut habeat novam revelationem, aut novam missionem, ipsa enim Lex Naturæ, & Evangelium est manifesta revelatio; authoritas, & missio, ut constat Matth. 24. *Cum videritis abominationem desolationis stantem in Loco Sancto, qui legit, intelligat: tunc qui in Judæa sunt, fugient ad montes, &c.* Sufficit ergo, quod per abominationem desolationis cognoscat hanc non esse Congregationem Fidelium, & ideo aliunde tenetur in foro conscientiæ petere viam salutis, & Congregationem Fidelium. Certum est enim nullibi esse veram authoritatem Ecclesiasticam, missionem legitimam, Sacramenta, & Sacrificium, sanam doctrinam, & interpretationem Scripturarum, nisi penes Congregationem Fidelium: quando ergo quisquam convictus foret per argumenta vehemen-

tissima, ita aut aliter non posset resolvere post adhibitam multiplicem disquisitionem, & sufficientem diligentiam, quod Ecclesia Romana non sit illa Congregatio Fidelium, penes quam residet illa authoritas, & securitas Fidei, & consequenter nec vera Ecclesia Dei. Ergo in hac suppositione posset quis Legaliter differere, & protestari contra Ecclesiam Romanam, sine novo jure, vel nova Missione. Quod autem Reformatores, qui sub vocabulo Protestantis hujusmodi argumenta invenerunt, patebit ex sequentibus.

Num. 12. Respondeo admittendo, illos homines Legaliter, & Juridicè deseruisse Ecclesiam Romanam ex falsâ hypothesi, quod adhibuerint sufficientem diligentiam, quod lis acta sit coram competenti Judice, quod argumenta sunt adeo manifesta, & perspicua, ut convincant hominem doctum, cordatum, ac Deum timentem, ibi non esse veram Ecclesiam, & consequenter nec Sacramenta, veram doctrinam, potestatem, &c. Certissimè igitur novimus hypothesim esse falsam, & consequenter, quod fundatur in illa, non esse verum. In primis assignare non possunt judicem competentem, siquidem Judicium Ecclesiæ Romanæ, & Summi Pontificis rejicerent, nec à principio nascentis Schismatis illorum, possunt ullam

aliam Ecclesiam assignare, & consequenter nec judicem competentem. Quod autem non fecerunt disquisitionem & diligentiam sufficientem, patet ex eo, quòd nullus ex illis unquam recesserit ab Ecclesia Romana, nisi ut obcæcatus passione, & discordia propter inflictionem aliquarum pœnarum, vel propter promotiones, seu privilegia, quæ fuerunt illi denegata. Sed dato, & non concesso, quod sub aliquo fuco, & simulata Religione recedat: quo titulo, quo jure assumat sibi authoritatem, Prælaturam, usurpet sibi jurisdictionem, & omnem potestatem clavium sine ulla vocatione, jure, vel missione? Cæcitas est, & cæca temeritas, imò mera insania dicente Apostolo: *Nemo assumat sibi honorem, nisi vocatus fuerit tamquam Aaron.*

Num. 13. Igitur pro claritate solutionis suppono primò, quod omnes desertores, & Hæretici à principio nascentis Ecclesiæ hæc eadem opprobria, & similia contra Ecclesiam excogitarunt in vendicationem, & defensionem Hæresis, & erroris; sed ipsi Adversarii negare non possunt plures Apostatas, Hæreticos, & Schismaticos fuisse, & dimicasse contra Ecclesiam veram & Primitivam.

Suppono secundò, quod status Militantis Ecclesiæ requirit, ut reprobi sint intermixti cum electis; Patet Augustinus: *Om-*

nis malus aut ideo vivit, ut corrigatur, aut per eum bonus exerceatur.

Suppono tertiò, quod corruptela multorum in vita, & moribus, etsi sit frequentissima, non destruit Fidem, Jurisdictionem, & potestatem judiciariam in Congregationem Fidelium, aliàs jamdudum defecisset Synagoga ante adventum Christi Domini, quod expresse contradicit Evangelio. Permansit enim apud Judæos Regnum Dei usque ad illud Matthæi 21. *Auferetur à nobis regnum Dei.*

Suppono quartò, quod actiones personales in eodem homine differunt ab actionibus Politicis jurisdictionis, & potestatis. Constat expresse Matthæi 23. ubi declarat Christus Dominus Scribas, & Pharisæos esse sceleratissimos peccatores: *Væ vobis Scribæ, & Pharisæi, Hypocritæ, qui clauditis Regnum Cælorum, &c.* & Matth. 23. *Scribæ, & Pharisæi sederunt in Cathedra Moysi, facite omnia quæcunque dixerint vobis, secundùm opera autem eorum nolite facere, dicunt enim, & non faciunt.*

His ergo prænotatis, quæ proculdubio debent esse extra controversiam; statuens me neutrum inter utramque partem, videlicèt inter Ecclesiam Romanam, & Desertores ejus: ex una parte video, & audio calumnias, accusationes, invectivas, & opprobria jacta in faciem Ecclesiæ Ca-

tholicæ Romanæ ab omnibus Adversariis, & Desertoribus ejus. Ex altera parte video numerosam catervam defendentem eam, ut *Qui ambiunt lectulum Salomonis, plusquam sexaginta viri ex fortissimis Israël, omnes tenentes gladios, & ad bella doctissimi; uniuscujusque ensis super femur suum propter timores nocturnos.* Cant. 3. Ex millibus unum citabo testem fidelissimum, utpotè omnibus litigantibus probatum videlicèt Doctorem maximum Patrem Augustinum, & in ipso omnes Doctores primitivæ Ecclesiæ, siquidem sensus ejus cum illis optimè quadrat. Hoc ergo petito remige, lembus Fidei tumentes Hæresiarcarum procellas veluti placatum Pelagus navigat. Ipse ergo contra Epistolam fundamenti sic ait: *In Ecclesia me tenet ab ipsa Sede Petri, cui Dominus oves suas pascendas commisit, usque ad præsentem Episcopatum, Sacerdotum successio.* Et ibidem: *Evangelium non crederem, nisi me Ecclesia commoveret authoritas.* Et in lib. de util. credendi ad Honorat. *Non est dubitandum illius Ecclesia nos condere gremio, quæ ab Apostolica Sede per successionem Episcoporum, culmen authoritatis obtinuit, cui nolle primitias dare, vel profectò summæ impietatis est, vel præcipitis arrogantiæ.* Docet etiam judicio Ecclesiæ Romanæ standum esse contra Arianos, Donatistas, Pelagianos,

cæterosque Hæreticos, ut constat contra Parmenion. Petil. & Cresc. contra Julianum, & Cælestin. Pro hac pugnat adversùs Arianos, & Semiarianos, ut constat lib. 3. contra Crescon. & Epist. 163. hac unica ratione fretus affirmat, suprema potestate Sedis Apostolicæ compesci Hæreticos, ac everti hæreses posse, si ad hujusmodi Petram allidantur, negatque, qui à Romano Pontifice sunt condemnati, à quocunque absolvi, vel recipi debere, ut Epist. 94. Epist. 104. ad Sixt. Hîc sisto.

Num. 14. Quæro primò: Cum sit evidens Universo Orbi Patrem Augustinum viribus, & posse dimicasse pro Ecclesia Catholica Romana, an prudenter, & tuta conscientia possit unus, qui nutritus, & educatus fuerit in Ecclesia Romana ad pedes Sancti Augustini, deserere illam, & Sanctum Augustinum ad voces Lutheri, & Calvini, & aliorum Sectariorum?

Quæro secundò, an Ariani, Pelagiani, Donatistæ, Manichæi, &c. erant pauciores numero, applausu, & acclamatione populari inferiores his multiplicatis Reformatoribus novis, de quibus agitur: & an minore acumine, & imbecilliori conamine lacerare, & exviscerare moliebantur Ecclesiam Catholicam Romanam? An prudenter deberet quis fugere in montes ad voces eorum ex apprehensione abomi-

nationis, & desolationis in Ecclesia Romana? Sanè satis compertum est, si ulla fides Historiis adhibenda est, Reformatores novos moribus, & vita dissolutos fuisse saltem majori ex parte, imo enormes peccatores extitisse, & Reformationes illorum exinde ortum traxisse. Sed non propterea Reformationes illorum rejicimus, despectasque habemus; sed quia non sederunt in Cathedra Moysi, & non intraverunt per portam in ovile; ideò fures suspicantur, & latrones.

Certum est, quod, si quis ignoraret distinctionem inter actiones potestatis judiciariæ, & politicæ jurisdictionis, quæ Cathedram comitantur ex una parte: & ex altera parte actiones particulares, & peccata Scribarum, & Pharisæorum, authoritatem, & doctrinam eorum sperneret. Sed Magister præmunivit Matth. 23. *Scribæ, & Pharisæi sederunt in Cathedra Moysi, facite omnia quæcunque dixerint vobis; secundùm opera autem eorum nolite facere.* Theologus novit, quod peccata non expellunt potestatem clavium, nec donum Prophetiæ, aut aliam gratiam gratis datam. Descendunt ergò Scribæ, & Pharisæi in Infernum viventes, pro suis delictis, & actionibus personalibus. Quid præjudicaret Ecclesiæ Dei, dummodo administrarent potestatem sibi commissam.

Cæterum vidi egomet in Ecclesia Catholica Romana in diebus meis viros excellentes, & eximios contemplatione rerum Cælestium, & renuntiatione rerum temporalium, austeritate vitæ, mortificatione, & subjectione carnis, & sanguinis in obedientiam spiritus, & abdicatione propriæ voluntatis in obsequium Dei, & Christianæ Legis. Vidi etiam plures Ecclesiasticos pergere quotannis in Asiam, Indias Orientales, Americam, & Insulas Maris, qui vitas, & ingentes labores exponunt pro conversione Infidelium ad Fidem Christi: sed nihil simile vidi, vel audivi inter Sectarios. Intrant quidem in labores alienos, conturbant Christianos jam factos, & confirmatos in Asia, & America, latrant in Ecclesiam; sed nihil penitus laborant pro conversione Infidelium, qui in tenebris sedent, & Deum ignorant. Certissimum est in Ecclesia Romana esse aliquos Viros fideles, & pios, nec ipsi Adversarii hoc negare valent: sed Deus dixit Abrahæ Genes. 28. *Non delebo Civitatem etiam propter decem justos.* Interim pro comperto est, quod Stultorum infinitus est numerus; & probabile, quod major est numerus reproborum, quàm electorum in ipsa Ecclesia Militante. Non ergo possumus concludere non esse veram Ecclesiam ex eo, quod peccata, & fla-

Num. 15. 10
Ecclesiæ Christi debet esse pot
ordinata, sed potestas, quam ex
clesia Romana, non est ordinat
non est vera Ecclesia Dei. Major
dens. Probo. Minorem. Ad hoc
bene ordinata, non debet assun
majorem potestatem, quam Christu
nus Redemptor; executioni mand
Ecclesia Romana assumit sibi ar
potestatem; ergo potestas ejus no
dinata. Major constat Jure Natur
stat etiam in Jure Civili L. nemo
ris, L. nemo plus commodi, L.
aliis, quæ traduntur de natura
rum. Minor probatur, quia a
testatem circa temporalia, &
sed Christus Dominus nec verb
... ullam potestatem exercuit

Major admittitur à Romanis, minor probatur Luc. 12. *Magister, dic fratri meo, ut dividat mecum hæreditatem: ille dixit ei: homo, quis me constituit judicem, aut divisorem inter vos?* Quod idem sonat, ac si diceret, in mundanis & sæcularibus non sum judex, neque Rex. Constat Joan. 18. *Regnum meum non est de hoc mundo.* Imo nec Christus Dominus regalem, aut judiciariam potestatem operibus, aut doctrina ullibi expressit circa sæcularia. Non enim venit ad disponendum de regno temporali; sed ad disponendum, & donandum regna Cælestia.

Confirmatur ex Sanctis Patribus, quorum dictis, & factis Ecclesia Romana se jactat regulari, & procedere. In primis sanctus Augustinus, quem Doctorem maximum vocant, lib. 17. de Civit. Dei cap. 7. *Christo Jesu Domino nostro per novum Testamentum non carnaliter, sed spiritualiter regnaturo:* Divus Hieronimus super cap. 2. Hierem. ibi: *Regnum ejus non terrenum erit, & breve, sed perpetuum, & Cæleste:* Divus Ambrosius super cap. penult. Lucæ: *Non sæculari honore regnavit Christus, nec in Jeconiæ sedibus:* Divus Basilius in illud Luc. 1. *Regnabit in domo Jacob*, ait: *non in materiali sede David Dominus sedebit; sed sedem David appellat, in qua residet Domini indissolubile regnum:* Divus Ber-

nardus Homil. 2. in illa verba, *missus est: Dabit ei Dominus sedem David Patris sui non typicam, sed veram; non temporalem, sed æternam; non terrenam, sed Cœlestem.* Lyranus exponens illud Joan. 28. *Regnum meum non est dehinc*, dicit: *secundùm veritatem Divinitatis omnia subjecta sunt Christo; tamen quantum ad Humanitatem in primo Adventu suo non venit ad dominandum temporaliter; sed potiùs ad serviendum, & patiendum.* Ergo Christus Dominus regali, judiciaria, aut politica potestate circa sæcularia se insignitum non præbuit hominibus, ergo potestas, quam exercet Ecclesia Romana, non derivatur à Christo Domino, & consequenter non est Ecclesia Christi.

Respondeo Ecclesiam Catholicam Romanam nulla gaudere potestate, aut jurisdictione, quæ in Christo Domino non resplendeat. Quod si ita est, ut ex dicendis constabit, potestas, quam exercet Ecclesia Romana, est ordinata; & fabrica argumenti labitur, & corruit. Ad illud Luc. 12. *Quis me constituit judicem inter vos?* Dico hoc tantùm probare Christum Dominum non assumpsisse munus judicis temporalis; non tamen fuisse orbatum potestate, si judicare de sæcularibus pro illo tempore expediret. Sunt verba Divi Ambrosii: *Terrena declinat, qui propter*

propter Divina descenderat. Ad probationem, Joan. 18. *Regnum meum non est de hoc Mundo*, dico Christum Dominum acturum vitam humilem contempsisse sæcularia; non tamen negasse se esse Regem temporalem, ut constat in eodem capite: *Rex es tu?* Non negavit, sed potiùs affirmavit: *Tu dicis, quia Rex sum ego.* Nec increpavit Nathanielem Joan 1. *Tu es Rex Israël.* Defendit etiam Populum dicentem: *Hosanna Filio David, benedictus, qui venit in nomine Domini, Rex Israël.* Quod confirmat inscriptio Prophetica in Cruce posita: *Iesus Nazarenus Rex Iudaeorum.*

Num. 16. Ut ergo rectè intelligantur hujusmodi Testimonia, & Loca Scripturæ, quæ videntur inter se opposita, de Christo Domino, duo tempora consideranda sunt. Primum, ante passionem ejus, quo tempore non erat expediens, ut assumeret administrationem Regni Temporalis propter summam humilitatem, & mysteriosam abjectionem: *Humiliavit semetipsum, &c.* Priùs etiam tempore, & ordine debuit fieri dispositio rerum spiritualium, & executio mysteriorum supernaturalium; quam assumere administrationem rerum temporalium. Sed omne tempus habet: *Distingue tempora, & concordabis Iura.* Secundum tempus debet considerari post Resurrectionem. Omnia ergo

Testimonia, quæ negant in Christo dominium, & regnum temporale, debent intelligi de ipso ante Passionem ejus. Quæ verò adstruunt regnum, & dominium temporale ejus, debent intelligi de tempore post Resurrectionem, quo tempore habuit jurisdictionem universalem, & sine mysteriosa limitatione. *Data est mihi omnis potestas in Cœlo, & in Terra.* Pro applicatione solutionis nota bene, quod ante Resurrectionem non instituit Ecclesiam novi Testamenti completivè, sed initiativè tantummodo super verbum de futuro, *ædificabo Ecclesiam meam.* Matth. 16. Post resurrectionem autem completivè cõstituit eam, postquam omnis potestas in Cœlo, & in Terra data est ei, Matth. ult. Item cum dixit: *Regnum meum non est de hoc Mundo*, tantùm declarat, quod regnum ejus ortum non habuit ex Mundo, scilicet ab hominibus jure belli, jure electionis, nec jure sanguinis; sed potiùs triplici meliori titulo: videlicet jure Creationis, merito Redemptionis, & dono Patris. *Omnia dedit ei Pater in manus.* Joan. 13. Jure Creationis, quia Christus, ut homo, fuit creatus cum unione ad Personam Verbi, ratione cujus est Filius Naturalis Dei cum pleno Dei dominio, & potestate: *Cui enim Angelorum aliquandò dixit, Filius meus es tu?* ad Hebr. 1. Jure

Redemptionis, quatenus per Mortem, & Passionem suam comparavit sibi dominium universale; *Et ego, si exaltatus fuero à Terra, omnia traham ad me ipsum.* Joan. 12.

Ad authoritates Patrum, in quibus solùm dicitur, non regnasse carnaliter, & temporaliter, & ejus dominium, & regnum esse perpetuum; hoc verissimum est, quin auferatur à Christo potestas tam circa spiritualia, quàm circa temporalia, ut cõstat 2. Cor. 8. *Scitis gratiam Domini nostri Iesu Christi, quoniam propter vos egenus factus est, cum esset dives, ut illius inopia divites essetis.* Aliquando etiam Christus Dominus exercuit potestatem temporalem ejiciens ementes, & vendentes de templo Joan. 2. Item Divus Petrus propter furti & mendacii delictum privavit vita Ananiam, & Saphiram Act. 5. Ex his ergo patet solutio ad argumentum, & authoritates Patrum, siquidem Ecclesia non assumit potestatem, nisi quæ derivatur à Christo, ut ex dictis manifestum est, & ex consequenti quæ sit ordinata.

Num. 17. Deduces primò ex dictis, quod potestas Clavium concessa Petro, & in Petro Successoribus ejus fuit universalis, & sine restrictione; *Quando enim Lex non distinguit, nihil excipetur, ut fert Regula communis.*

docet Divus Hieronimus de quæst. Hebraïc. *Apud Hebræos ferè semper Sacerdotio jungebatur dignitas Regia.* De Heli dicitur 1. Reg. 2. Samuelem habuisse temporalem jurisdictionem. Dicitur 1. Reg. 7. Unxisse Saulē in Regem. Dicitur 1. Reg. 8. Moysen & Aaron fuisse Sacerdotes constat Psal. 98. & habuisse temporalem jurisdictionem Exod. 18. Eliam constituisse Reges 3. Reg. 19. Elisæum constituisse Regem Zehu, 4 Reg. 9. Salomonem non administrasse Regnum, quoadusque fungeretur Sacerdotio, notatur 3. Reg. 1. & de pluribus aliis notatur 2. Paralip. 19. & Ezech. 44.

Ad Sacerdotes etiam præcipuè spectabat Terram Promissionis dividere, & unusquisque partem sortiebatur, quam illi Sacerdotes assignabant Jos. 14. Si ergò Ecclesia Christi, sicut omnes affirmant, est superioris, & excellentioris potestatis, & jurisdictionis; consequens est, quod non sit orbata potestate circa sæcularia. Præterea qui habent administrationem Juris Divini, & interpretationem ejus, sunt aptissimi ad judicandum de sæcularibus. Unde Apostolus Paulus dicit: *Nescitis, quoniam Angelos judicabimus, quantò magis sæcularia?* 1. Cor. 6. Idem etiam Imperatores in suis Legibus approbarunt L. omni innovatione, L. privilegia C. de sa-

Deduces secundò, quod potestas temporalis, & spiritualis respiciunt unum, & idem Corpus mysticum, in quo temporalia subordinantur spiritualibus.

Deduces tertiò, quod Jus Divinum respicit regulationem totius Corporis mystici, & omnes actiones Politicas, Morales, Judiciarias, & etiam Regales cujuscunque Membri totius Corporis mystici. Unde

Deduces quartò, quod potestas clavium dicit superintendentiam, interpretationem, & nunciaturam totius Juris Divini, non solum quatenus Jus Divinum respicit spiritualia; sed etiam temporalia in eodem Corpore mystico. Doctrina hujus solutionis confirmatur, & illustratur. Sacerdotes novi Testamenti non debent esse minoris vel inferioris sortis, aut jurisdictionis, quàm Sacerdotes Legis Naturæ, & Veteris Testamenti; imò potiùs superioris, & excellentioris sortis, & jurisdictionis, ut evidenter constat ex eo, quod novum Testamentum, & status Legis Gratiæ infinitè præcellat illis omnibus elapsis: sed in Lege Naturæ, & veteri Testamento habuerunt Sacerdotes potestatem, & jurisdictionem circa temporalia: Melchisedech fuit Rex, & Sacerdos; Sacerdotium enim erat annexum Juri Primogenituræ in Lege Naturæ, ut

docet Divus Hieronimus de quæſt. Hebraïc. *Apud Hebræos ferè ſemper Sacerdotio jungebatur dignitas Regia.* De Heli dicitur 1. Reg. 2. Samuelem habuiſſe temporalem juriſdictionem. Dicitur 1. Reg. 7. Unxiſſe Saulẽ in Regem. Dicitur 1. Reg. 8. Moyſen & Aaron fuiſſe Sacerdotes conſtat Pſal. 98. & habuiſſe temporalem juriſdictionem Exod. 18. Eliam conſtituiſſe Reges 3. Reg. 19. Eliſæum conſtituiſſe Regem Zehu, 4 Reg. 9. Salomonem non adminiſtraſſe Regnum, quoadusque fungeretur Sacerdotio, notatur 3. Reg. 1. & de pluribus aliis notatur 2. Paralip. 19. & Ezech. 44.

Ad Sacerdotes etiam præcipuè ſpectabat Terram Promiſſionis dividere, & unusquiſque partem ſortiebatur, quam illi Sacerdotes aſſignabant Joſ. 14. Si ergo Eccleſia Chriſti, ſicut omnes affirmant, eſt ſuperioris, & excellentioris poteſtatis, & juriſdictionis; conſequens eſt, quod non ſit orbata poteſtate circa ſæcularia. Præterea qui habent adminiſtrationem Juris Divini, & interpretationem ejus, ſunt aptiſſimi ad judicandum de ſæcularibus. Unde Apoſtolus Paulus dicit: *Neſcitis, quoniam Angelos judicabimus, quantò magis ſæcularia?* 1. Cor. 6. Idem etiam Imperatores in ſuis Legibus approbarunt L. omni innovatione, L. privilegia C. de ſa-

cros. Eccl.& in Auth. de Eccl. tit. & privil. cap. 1. Hæc sufficiant pro solutione illius argumenti, & concordia Testimoniorum, quæ videntur inter se opposita. Pro coronide solutionis animadverte, quod sicut Christus non omni tempore exercuit potestatem temporalem; ita etiam Ecclesia non omni tempore exercet suam potestatem temporalem in tota sua latitudine, sed tantummodò cum opus fuerit pro bono communi Corporis mystici. Unde Christus Dominus non dixit Petro, ut ejiciat gladium., qui significat potestatem temporalem; sed ut mittat invaginam. Sic plures Interpretes exponunt. Sit ergo

Quartus Congressus.

Num. 18. Arguit idem Doctor, qui in Congressu præcedenti,& est replica contra solutionem. Christus Dominus divisit potestatem spiritualem à temporali sine ullo documento subordinationis, Matth. 22. *Reddite, quæ Dei sunt, Deo, quæ Cæsaris Cæsari*: Ergo potestas circa spiritualia, & potestas circa sæcularia sunt inter se diversæ, & sine subordinatione. Tum sic. Injustæ reputantur Imperatorum, Regum, & aliorum Sæcularium decisiones de rebus spiritualibus, & Ecclesiasticis, ut dispositio Juris docet in Ecclesia Romana;

ergo à paritate injusta erit præsumptio Ecclesiæ se negotiis sæcularibus, & temporalibus implicantis, juxta illud Apostoli 2. ad Timoth. *Nemo Deo militans implicet se negotiis Sæcularibus.*

Respondeo satisfactum fuisse huic difficultati in solutione argumenti præcedentis Congressus. Pro ampliori tamen satisfactione dico, quod Christus Dominus in illo loco Matth. 22. Non resolvit tributum dari, nec impedit solutionem census; sed quamdam naturalem restitutionem recommendat, ut constat ex eo, quod ait: *cujus est hæc imago, vel inscriptio? Dicunt ei, Cæsaris. Si ergo, inquit, Cæsaris, reddite illi* In quibus verbis non asserit, nec videtur annuere diversam potestatem non subordinatam; nec erat opportunum tempus proponẽdi documentum de subordinatione sæcularium spiritualibus. Siquidem fieri non posset in illis circumstantiis, sine scandalo. Ad paritatem autem de decisione Regum, Principum in spiritualem sphæram suam potestatem introducentium, certissimum est esse contra ordinem Juris Naturalis, & Divini, inferiorem potestatem se intromittere in actibus superioris potestatis. Inferior enim Sedes non potest judicare de pertinentibus ad Superiorem potestatatem, ut ex L. est receptum ff. de jurisdict. multo minùs in Superiorem. At

verò contra nullum Jus Naturale, Divinum, vel Humanum videtur, Superiorem potestatem quandoque actus inferioris potestatis imperare, & exercere; maximè cum opus fuerit pro communi, vel superiori bono Corporis Mystici, cujus bonū utraque potesta, respicit. Et sic quandoque Ecclesiasticus Judex assumit jurisdictionem judicis temporalis, supposita negligentia judicis temporalis. Constat in Jure Canonico cap. cum sit generale 8. cap. licet ex suscepto 10. cap. licet ex tenore 11. & pluribus aliis in locis Juris Canonici, & Civilis. Unde cum potestas Cæsarea, aut Regia sit inferior & inferioribus præsit, idest temporalibus; potetestas autem Ecclesiastica, cum sit superior, idest superioribus, & æternis serviens, rectè potest se ultra extendere, & sub se comprehendere inferiorem potestatem. Ex quo stat ratio disparitatis. Quapropter Saül reprobatur 1. Reg. 13. quia ausus est offerre Sacrificium, cum non sit Sacerdos. Item & Oseas percussus est lepra; quia præsumpsit offerre Sacrificium 4. Reg. 16. Paret instantia hujus doctrinæ in ipso corpore naturali: verbi gratia, quia anima rationalis est superior in corpore Humano, ordo Naturæ requirit, ut imperet, & aliquando exerceat actus inferiorum facultatum, & sensuum; non tamen inde sequitur, quod facultates inferiores,

& sensus imperent, aut exerceant officia animæ rationalis. Præterea injustè procedit arguens in eo, quod assumit dicens contra Jus esse, Ecclesiam habere potestatem circa temporalia: siquidem ipse admittit se membrum Ecclesiæ Protestantis; quorum membra vendicant Regibus, & Principibus potestatem circa temporalia, & spiritualia. Absolvit ergo Reges spiritualia usurpantes, & damnat Ecclesiam aliqua temporalia administrantem propter bonum commune pro necessitate Corporis Mystici, non obstante, quod coactus sit fateri Ecclesiam obtinere supremum regimen Corporis Mystici.

Quantùm ad Testimonium Apostoli 2. ad Timoth. facilè respondetur, quod negotium sæculare dicitur emptio, venditio & alii contractus usurarii, & lucrativi, qui ex sui natura dirigi non possunt ad finem supernaturalem. Quod ergo Apostolus prohibet, solum est, quod in negotiatione sæcularis commercii, venditionis, emptionis, & similibus Ecclesiastici se in tromittere non debent. Constat etiam ex Jure, ubi de Clericis expressè prohibetur judicium sanguinis exercere; at verò in directione Civili, & administratione Juris non prohibentur, ut constat 1. Cor. 6. *Nescitis, quoniam Angelos judicabimus, quantò magis sæcularia?*

Nec valet, si objicias potestatem circa sæcularia esse à Deo immediatè concessam Regibus, & Principibus non interventu potestatis spiritualis Ecclesiæ concessæ juxta illud Prov.8. *Per me Reges regnant, & Legum conditores justa decernunt:* Hoc inquam non valet, quia multa conceduntur à Deo immediatè, quæ inter se subordinantur, & cadunt sub potestate spirituali, & etiam temporali saltem quoad administrationem, executionem interpretationem & promulgationem. Si ergo totum Corpus Mysticum Ecclesiæ regitur per Divinam Legem, & omnes aliæ Leges, quæ respiciunt illud Corpus, quoad omnia ejus membra, debent commensurari, & proportionari cum Lege Divina, juxta normam Christianitatis, & quod etiam juxta Scripturam Sacram, & rectam rationem Ecclesia Christi debet habere administrationem, interpretationem, & promulgationem Legis Divinæ, nescio quomodo Ecclesia possit secludi, & absolvi à potestate, & jurisdictione rerum temporalium: Præsertim ab iis qui Principibus sæcularibus utramque potestatem concedunt.

Quintus Congressus.

Doctor Luteranus insurgit: si univer-

sa Congregatio conversa esset ad Idolorum cultum, non posset dici Congregatio Fidelium, aut Ecclesia Christi; sed universa Ecclesia Romana conversa est ad Idolorũ cultum; ergo non potest dici Ecclesia Christi, nec Congregatio Fidelium. Major videtur certa. Minor ostenditur. Tunc universa Congregatio convertitur ad Idolorum cultum, quando universa Congregatio directè, & formaliter transgreditur primum præceptum Decalogi; sed universa Ecclesia Romana directè, & formaliter transgreditur primum præceptum Decalogi; ergo directè, & formaliter convertitur ad Idolorum cultum. Major supponitur ut vera. Minor probatur Exod. 20. *Non facies tibi sculptile, neque omnem similitudinem, quæ est in Cœlo desuper, in terra deorsum, neque eorum, quæ sunt in aquis subter terra; non adorabis ea, nec coles.* Partem negativam præcepti referimus, quia semper, & ubique negativum obligat. Prohibet ergo non solùm adorationem Latriæ exhiberi illis, verùm etiam absolutè omnem cultum: sed Ecclesia Romana facit sculptilia, & similitudines rerum, & colit ea, ut manifestè patet in omnibus individuis sub jurisdictione Ecclesiæ Romanæ; ergo directè, & formaliter transgreditur primum præceptum Decalogi, quod negativum est. Ex quo

patet, quod non valet, si dicas, quod Ecclesia Romana non exhibet illis sculptilibus, & imaginibus verum cultum Latriæ, utpote Duliæ, & Hyperduliæ; hoc, inquam, non sufficit, nam in 4. Reg. 18. dicitur, quod *Ezechias fecit bonum coram Domino juxta omnia, quæ fecerat David pater ejus. Dissipavit excelsa, & contrivit statuas, succidit lucos, confregitque serpentem æneum, quem fecerat Moyses, quia usque ad illud Filii Israël adolebant ei incensum.* Quod autem Filii Israël non suspicabantur serpentem æneum esse Deitatem, certissimum est. Sed fortè ob memoriam beneficii, quod receperunt in Deserto per serpentem æneum, vel si fortè noverunt, quod esset quædam figura Christi futuri, ut pendentis in patibulo, hujusmodi cultum exhibebant; nihilominùs Rex laudabiliter confregit eum. Verisimile, quia noverat cultum ejus esse in violationem, seu præjudicium primi præcepti Decalogi. Igitur effugium illud ad cultum inferioris ordinis est nugatio, quod consonat Evangelio Matth. 4. *Deum tuum adorabis, illi soli servies.*

Præterea in universa Scriptura Novi, & Veteris Testamenti non est verbum præcipiens, nec consuleas ullum cultum exhiberi statuis, sculptilibus, vel imaginibus; sed potiùs plura in contrarium.

Nec valet; si dicas cultum non exhiberi illis, sed prototypis illorum. Hoc, inquam, non valet, cum sit idem, quod prius propter rigorosum modum primi præcepti: quatenus negativum est: pro scopo universali respicit extirpationem Idololatriæ, & ex rationabili consequenti, ut nullam accipiamus ansam, aut apparentiam convenientiæ cum Idololatris. Quapropter argumentum contendit, quod hujusmodi cultus debet denegari Beatæ Virgini, Angelis, & Sanctis: dedecus enim, & dissonum rationi videtur, quòd cum Lex Divina, & Evangelica petat, & præcipiat sine ulla limitatione, ut diligamus Deum ex toto corde, ex tota anima, ex tota mente, & omnibus viribus nostris, cum sit summum bonum, infinitum, & immensum, infinitè superexcedens omnes vires, & facultates nostras, quod primum effectum hujus amoris, videlicèt cultum Divinum dividamus in minutissimas partes, ita ut vix decimam partem exhibemus Deo.

Diviserunt Philistæi Divinum cultum inter Aream, Testamentum, & Idolum Dagon, propter quod truncavit Deus Dagon, & demolitus est eos, & percussit in secretiori parte natium Anotios, & fines ejus, & facta est confusio mortis magna in Civitate. 1. Reg. 5. Extra controver-

ſiam eſt orationes Fidelium eſſe actus Latriæ ſoli Deo debitos. Quantæ orationes offeruntur in Eccleſia Romana univerſim Beatæ Mariæ, Angelis, & Sanctis, licèt Angelus in Apocalypſis 22. Recuſet adorari à Sancto Joanne: *Et cecidi ante pedes ejus, ut adorarem, & dixit mihi, vide, ne feceris, conſervus tuus ſum, & fratrum tuorum habentium Teſtimonium Jeſu.*

Confirmatur. Nullo alio modo colebant Pagani, & Gentiles multitudinem Deorum, niſi incurvando ſtatuis, & imaginibus eorum, offerendo Sacrificia, & Suffragia, & orationes coram illis, & in honorem illorum; deferendo hujuſmodi ſtatuas, imagines, & ſculptilia in Proceſſionibus publicis coram omni populo cum omni pompa triumphali, ut conſtat ex Chronicis, & geſtis Romanorum, & aliarum Nationum Infidelium. Circumſpice ergo, & vide quid, & quomodo agitur in Eccleſia Romana, ſi non eodem modo procedit, perdam meritum totius cauſæ.

Hæc ſunt ſublimia, & magna Adverſariorum fundamenta contra Eccleſiam Romanam in breviores anguſtias ſine perſpicuitatis diſpendio redacta. Ad argumentum ergo

Num. 19. Reſpondeo primò negando ſuppoſitum Majoris, ſupponit enim, quod deficientia integra, & abſoluta Eccleſiæ à

Fide sit possibilis in hac Providentiâ. Quod falsum est post Adventum Christi Domini: Postquam fabricavit eam super firmam Petram, postquam rogavit, ut non deficiat Fides Petri, & pollicitus est, quod portæ Inferi non prævalebunt adversùs eam.

Respondeo secundò, distinguendo majorem. Si converteretur universus populus in Idololatriam per Apostasiam formalem nolens resipiscere, & reconciliari, non posset dici Congregatio Fidelium, concedo majorem. Si autem populus caderet in peccatum per inadvertentiam, & errorē, ut contigit Hebræis Exod. 32. & quod citò resipisceret post animadversionem, & flagella sustinerent, nego minorem. Constat enim enim in loco citato, quod defecit universus populus: *Peccavit populus, quam eduxisti de Terra Egypti.* Nullibi igitur legitur in Veteri Testamento fœdus initum cum Noe, & filiis ejus Genes. 19. Fuisse abrogatum: *Statuam pactum meum vobiscum & nequaquam ultra interficietur omnis caro.* Hoc ergo præservatum fuit usque ad Abraham, Isaac, Jacob, cum quibus innovatum & elevatū in Testamentum Circumcisionis, quod cum sanguine dedicatum fuit in signum majoris perfectionis teste Apostolo ad Corinth. *Nec primum quidem Testamentum sine sanguine dedicatum*

fuit. Hoc Teſtamentum nec tranſlatum, nec abrogatum fuit, non obſtante frequentiſſima rebellione, Idololatria, & multitudine peccatorum Fidelium Iſraël. Firmiter manſit Teſtamentum, Sacerdotium, & Regnum Dei penes illos uſque ad Adventum Chriſti, ut paſſim conſtat per univerſam Scripturam. Et pro coronide in Evangelio Matth. 21. ubi Chriſtus Dominus minatus eſt Judæis dicens: *Auferetur à vobis Regnum Dei, & dabitur Genti facienti fructus ejus*. Uſque tunc permanſit penes illos; ſed hoc nunquam dictum eſt Eccleſiæ Catholicæ Romanæ; ſed potiùs datum eſt teſtamentum; elevatum eſt, ſeu mutatum in excellentius, nimirum in Teſtamentum novum, & dedicatum, & confirmatum ſanguine Chriſti: *Hic eſt ſanguis meus novi Teſtamenti*. Immò firmatum, & fundatum eſt ſuper firmam Petram. Quod hoc Teſtamentum fuerit in poſſeſſione Eccleſiæ Catholicæ, quam vulgo Romanam appellamus, per quingentos annos, quod tempus Primitivæ Eccleſiæ cõmuniter dicitur, ferè ab omnibus Adverſariis admittitur, præter Arianos, & Pelagianos, & ramos illorum, qui ut Hæretici reprobati ſunt à Deo, & Hominibus. Quod autem hoc Teſtamentum fuiſſet ablatum, & tranſlatum ab illa Eccleſia ad aliam, nullâ revelatione exiſtente de

tali translatione, seu exterminatione, vel ad quam Ecclesiam, seu Sectam translatum sit, ut possimus illuc confugere, sive ad Arianam, sive Nestorianam, vel ad Sectam Manichæi, Donati, Pelagii, Lutheri, Calvini, Oecolampadii, & sic de cæteris sine numero sub titulo Reformatorum, & desertorum dimicantium contra illam antiquam Ecclesiam Catholicam. Res stupenda! quod nihil fixum, vel stabile derelictum sit nobis, nisi ut protestemur contra Ecclesiam Catholicam Romanam. Quod Deus dederit Testamentum æternum, & firmissimum, quod in pœnam peccatorum transtulit illud non relinquens nobis judicem competentem, qui declararet, ad quam partem, Sectam, vel Congregationem transtulit illud, cùm omnes Sectarii, & Reformatores æquo jure prætendant ad possessionem illius. Profectò hoc rationi non consonat, & si sumus decepti, ipse Deus decepit nos, quod est impossibile. Si autem hæc patimur in pœnam peccatorum, scire vellem à Reformatoribus novis, an illi sunt confirmati in Gratia ita ut peccatum non regnet inter illos; vel an perpetrantur inter illos horrenda flagitia, omne genus libertatis, & sensualitatis, perjuria, & odia execrabilia. Vixi, & conversatus sum inter illos per plures annos; si Deus transtulit Testamentum ad illos

propter puritatem, & innocentiam illorum, dicant, si possunt. Vel, si non possunt ita dicere, ignoscant, si dicamus præsumptionem illorum esse manifestam, & impudentissimam temeritatem. Hæc de majori argumenti dicta sufficiant. Transeo ad minorem, videlicèt: *Universa Ecclesia Romana conversa est ad Idolorum cultum*; nego minorem. Ad cujus etiam probationem, nego minorem. Nego ergo Ecclesiam Romanam transgredi primum præceptum Decalogi, qua negativum est. Dupliciter enim illud præceptum, qua negativè procedit, prohibet fieri sculptilia, statuas, & imagines rerum. Quantum ad hoc omnes Sectarii debent respondere sicut & nos, & sapientissimus Salomon pro omnibus. De ipso enim legitur 3. Reg. 6. *Et fecit in oraculo duo Cherubin de lignis olivarum decem cubitorum altitudinis.* Et inferiùs: *Et omnes parietes templi per circuitum sculpsit variis, & fecit in eis Cherubin, & palmas, & picturas varias, quasi prominentes de pariete, & egredientes.* Et cap. 7. ejusdem libri: *Sculpsit quoque in tabulis illis, quæ erant ex ære in angulis Cherubin, & Leones, & palmas, quasi in similitudinem hominis stantis ut non celata, sed apposita per circuitum, ut viderentur.* Animadverte, quod eodem

tenore verborum prohibet etiam tales fieri.

Num. 10. Quoad secundum punctum, quo primum præcepti Decalogi procedit, negativè prohibēs cultum exhiberi imaginibus, &c. dico, quod Ecclesia Catholica Romana nullum exhibet cultum illis, nec prototypis eorum, nisi ut repræsentant magnalia, & mirabilia opera Dei, ex quo omnis cultus illis exhibitus subordinatur, & cedit in obsequium, & cultum Dei. Multi fines intermedii subordinantur, & coordinantur. Sumunt tamen bonitatem, & excellentiam à fine ultimo. Rationi consonum est, ut cum simus ex anima, & corpore, & cum juxta Philosophum, *Nihil est in intellectu quin priùs fuerit in sensu,* procuremus modos, & media, quibus ascendamus in cognitionem, & admirationem operum Dei, quæ in Sanctis ejus plurimùm relucent, juxta illud Apostoli: *Invisibilia Dei per ea, quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur;* & Propheta Regius: *Laudate Dominum in Sanctis ejus, laudate eum in Firmamento virtutis ejus.* Non ergo dividit Ecclesia Catholica cultum Divinum, sed ascendit per gradus juxta ordinem Naturæ, & Gratiæ. Unde infimus gradus promovet ascensum ad supremum gradum. Non sic autem Idololatræ. Non ordinabant cultum Jovis, Mercurii, &c. ad

cultum veræ Deitatis. Idem dicendum de Philistæis dividentibus cultum inter Deum Israël, & Idolum suum Dagon. Unde scopus præcepti procedit contra illos; non verò contra Ecclesiam Romanam. Nec videtur rationabile, quod Rex offendatur propter honorem exhibitum Ministris ejus, præsertim quando non exhibentur illis Regalia, nec ullus honor exhibetur illis, nisi ob merum respectum Regis, & quatenùs aliquo modo regiam majestatem repræsentant.

Ad instantiam de serpente æneo 4. *Reg.* 18. dico, quod Ezechias laudabiliter confregit illum, vel quia deprehendit errorem in Fide Judæorum circa serpentem æneum, qui de novo fortè serpserat, vel quia periculum, & irruptio Idololatriæ imminebat tunc temporis inter Hebræos, ut constat per lucos, excelsa, statuas, &c. Unde prudenter fecit auferendo omnem occasionem & ansam erroris. At verò cum tale periculum non imminebat temporibus aliorum Regum, qui etiam erant prudentes, & fideles in Israël, non abstulerunt serpentem æneum; imò venerationem ejus admittebant, fortè quia figura Christi Domini erat, vel quia erat in memoriam mirabilium Dei in Deserto. *Distingue ergo tempora, & concordabis Jura, ut docet Pater Augustinus in cap. Si Ec-*

tuus sum. Hanc expositionem esse legitimam constat ex Gen. 18. ubi Abraham adoravit tres Angelos in Terram, & nullus increpabat eum. (Nunc ergo cum pace Domini Doctoris quantum sapio & capio.) Omnia molimina totius argumenti sunt calumniæ, depravationes sensûs, falsæ impositiones, & opprobria contra Ecclesiam Catholicam Romanam ad cæcutiendos, & excitandos in odium, & execrationem illius.

Sextus Congressus.

Num. 22. In hoc Congressu moliuntur ambo Doctores contra infallibilitatem Ecclesiæ Catholicæ, & Summi Pontificis in definitionibus, & decisionibus Fidei Divinæ. Sic ergo congerunt rationes. Infallibilitas Ecclesiæ Romanæ in definitionibus, & declarationibus Fidei Divinæ debet residere in Summo Pontifice, & ab ipso emanare, tamquam à capite totius Corporis Mystici: Sed Summus Pontifex non est infallibilis, & irreformabilis in decisionibus, & definitionibus Fidei Divinæ, ergo non manet talis infallibilitas in Ecclesia Romana. Major facile suadetur inter Doctores Romanæ Ecclesiæ Testimoniis, quibus adstruunt Romanum Pontificem esse verum

successorem Divi Petri, & Vicarium Christi Domini. Cum ergo intelligant illa verba Joan. 21. *Pasce oves meas* æque de Pontifice, ac de Sancto Petro, ut Joannes Chrysostomus annuere videtur, ubi ait, sensum illorum verborum esse: *Esto præpositus loco mei, & primus in medio Fratrum.* Statuunt ergo universalem potestatem in Petro etiam super alios Apostolos, & à fortiori supra omnes Fideles. Quod confirmat Divus Bernardus lib. 2. de consider. ad Eugenium, ibi: *Non oves hujus, aut illius Civitatis, regionis aut regni, sed omnes:* concludit enim, *Nihil excipitur, ubi distinguitur nihil.* Si ergo idem dicendum de Summo Pontifice juxta illos, sequitur, quod suprema potestas, infallibilitas, & jurisdictio in ipso residet, tamquam in supremo capite totius corporis, & ab ipso emanat per universa membra nec valet dici Petrum propter Apostolatus sui primatum figurata generalitate Ecclesiæ personam gerere. Rationi namque consonum est, ut cum dicitur *tibi*, locutio intelligatur cum una persona in singulari, ut, *adolescens dico tibi, surge.* Similiter Luc. 7. *Remittuntur tibi peccata tua.* Et alibi: *Amen dico tibi, hodie mecum eris in Paradiso.* Omnes istæ locutiones restringuntur ad personam singularem, cui loquitur

tur

tur singulariter. Ex adverso quandocunque promittit Ecclesiæ, & Apostolis aliquid, loquitur in plurali; verbi gratia: *sedebitis & vos super sedes duodecim.* Item: *Ecce dedi vobis potestatem. Dabo vobis os, & sapientiam. Fiet vobis. Mittam vobis, &c.*

Confirmatur primò ex Concilio Florentino sub Eugenio IV. *Definimus Sanctam Apostolicam Sedem, & Romanum Pontificem in Universum Orbem habere Primatum, & ipsum Summum Pontificem successorem esse Beati Petri Principis Apostolorum, & verum Christi Vicarium, totiusque Ecclesiæ caput:* Ergo in Ecclesia non potest negari supremam potestatem, & authoritatem, & consequenter infallibilitatem, quam adstruere prætendunt, residere in Summo Pontifice.

Confirmatur secundò, nam ad stabiliendum aliquid de Fide, & Hæresim damnandam, non requiritur Concilium Generale; sed solus Pontifex ultimò definit, ut experientia patet. Nam à tempore Apostolorum, usque ad Concilium Nicænum per trecentos annos nullum fuit Concilium Generale, & tamen damnatæ fuerunt Hæreses Apollonianorum, Marchionistarum, postmodum errores Pelagianorum, Semipelagianorum, Priscillianistarum, Berengarii, etiam errores Petri

Oxonienſis à Sixto IV. Articuli Baii Pio V. Gregorio XIV. & Urbano VII Propoſitiones Janſenii damnatæ ſunt ab In nocentio X. & Alexandro VII. Et ſexa ginta quinque damnatæ ſunt ab Innocen tio XI. Præterea nullum Concilium Gen rale habetur Oecumenicum, & Canonicu ſine authoritate Pontificis, ita ut ſit in po teſtate ejus confirmare, vel reprobare illu prout ſibi conſentaneum videbitur.

Confirmatur tertiò, quia juxta doctri nam Catholicorum, Concilium ſeorſim Pontifice; & ſine ſpeciali ipſius author tate ſolum poteſt definire doctrinalite non verò judicialiter, & poteſtativè, qu hoc ſolius Pontificis eſt, cum Patres, Doctores, non ſunt judices controverſi rum. Ratio à priori ſolet aſſignari à Fa toribus Romani Pontificis, quod nec Co gregationi Fidelium ſeorſim à Pontific nec diſquiſitioni Prudentum ſit promiſ infallibilis Spiritus Sancti aſſiſtentia. Pro miſſio enim non errandi in Fide ſoli capi fuit facta, non autem membris, Luc. 2 Quapropter Concilium Ariminenſe, & M diolanenſe errarunt, ſeorſim à Pontifi Arianam Hæreſim approbantia. Hæc probatione Majoris dicta ſufficiant. Prob ergo minorem Romanus Pontifex non infallibilis, & irreformabilis in deciſion bus, & definitionibus Fidei. Proban

primò ex Apostolo ad Galat. 2. ubi *Paulus restitit in faciem Petri, quia reprehensibilis erat*: ergo quod determinabat Petrus, non erat de Fide, & infallibile; ergo Ecclesia potest resistere, & dubitare de determinatione Pontificis, siquidem potest esse reprehensibilis. Probatur secundò, quia Agrippinus, quem successit, & sequutus est Divus Cyprianus, decrevit in variis Synodis baptismum Hæreticorum esse nullum contra Stephani Summi Pontificis decretum, cui tenaciter restitit Sanctus Cyprianus; ergo judicavit Cyprianus sententiam Summi Pontificis non esse infallibilem in rebus Fidei.

Probatur tertiò ex Adriano VI. lib. 4. sentent. quæst. de Confirm. Si per Ecclesiam Romanam intelligitur ejus Caput, puta Pontifex Romanus, certum est, quod potest errare etiam in iis, quæ Fidem concernunt, Hæresim per suam determinationem, aut Decretalem asserendo; ergo, juxta Adrianum, Pontifex non est infallibilis. Probatur quartò ex Innocentio III. c. à nobis 28. de sent. excomm. ibi: *Judicium Dei veritati, quæ nec fallit, nec fallitur, semper innititur. Judicium verò Ecclesiæ nonnunquam opinionem sequitur, quam & fallere sæpè contingit, & falli. Propter quod contingit interdum, ut qui ligatus est apud Deum, apud Ecclesiam sit solutus, & qui liber est apud*

Deum, Ecclesiastica sententia sit innodatus.
Confirmatur. Cælestinus III. statuit matrimonium dissolvi per Hæresim. Oppositum definit Innocentius III. c.47.de divor. addens: *Licet quidam Prædecessor noster aliter sensisse videatur.* Alexander III. c.3. de sponsa duor. declaravit matrimonium ratum non dissolvi per subsequens matrimonium consummatum cum alia, quod Ecclesia tenet. Subdit, aliter à quibusdam Prædecessoribus aliquando judicatum. Gregorius X I I. Sedem occupans anno 714. respondit Bonifacio Germaniæ Apostolo his verbis: *Quod proposuisti, quod si mulier infirmitate correpta non valuerit viro debitum reddere, quid faciet ejus jugalis? Bonum esset, si sic permaneret, ut abstinentia vacaret. Sed quia hoc magnorum est, ille, qui se non potest continere, nubat magis, non tamen subsidii opem substrahat.* Et Stephanus II. anno 752. cap. 2. responsion. *Si quis se conjugio copulaverit, & uni eorum contigerit, ut debitum reddere non possit: non licet eos separi; nec pro alia infirmitate, &c.* Et Concilium Compendiense anno 757. Can. 16. hæc habet. *Si vir leprosus mulierem habet sanam, si vult ei dare commeatum, ut accipiat virum; ipsa fœmina, si vult, accipiat.* c. litteras 13. de restit. spoliat. Hîc possumus superaddere de Marcellino, qui fertur petiisse à Papatu deponi

ob Idololatriam commissam. De Victo-
re V. de Honorio, de Anastasio II.
Liberio, de Joanne XXII. qui putavit animas non videre Deum ante diem Judicii. Ergo ex his clarè convincitur, quod nulla est infallibilitas in Ecclesia Romana, nec in Summo Pontifice in definiendis, & statuendis rebus Fidei Divinæ.

Respondeo concedendo majorem cum omnibus probationibus, & confirmationibus ejus (*Salutem ex inimicis nostris, & de manu omnium, qui oderunt nos.* Illa propositio, & probationes ejus, Doctrinæ Catholicæ favent. Nam licèt Sacra Scriptura sit nostræ Fidei regula, non tamen est unica Fidei regula. Nam definire quod hæc sit Scriptura Canonica, & non alia, non judicatur ab ipsa Scriptura post tot credibilitatis testimonia. Ergo ad regulam, seu judicem viventem spectat proferre sententiam. Præterea sensus Sacræ Scripturæ est aliquando obscurus, & ambiguus; ergo, ut determinetur judicialiter in hoc sensu, & non in alio intelligi debere, assignare debemus viventem Fidei regulam, & hanc regulam dicimus esse Vicesgerentem, & Vicarium Christi: si non vis absolutè negare Christum habere Vicarium, & Petri successorem, quod est absurdum: siquidem jus Humanum est scriptum, quin hoc sufficiat ad causas judicandas; alias quili-

bet ex contendentibus in suo sensu abundaret, & esset in civilibus inextricabilis confusio. Et ideo necessario requiritur vivens judex contentiones sententialiter resolvens. Simili modo, proportione servata, si hujusmodi Judex non esset assignabilis in Ecclesia Dei, totum opus Redemptionis esset expositum inextricabili confusioni. Hoc in favorem majoris. Nego minorem. Ad primam probationem ejus ex Divo Paulo 2. ad Galat. respondeo, quod reprehensio Pauli non erat ex titulo Dignitatis, nec ex eo, quod Petrus aliquid de Fide statuerat; sed solùm ex aliqua permissione, seu exemplo: dicitur cogere, judaizare quæ, &c. quæ fuit materia facti. Unde nil novum, quia multi inferiores, & subditi reprehenderunt suos Principes, & Superiores. Certum est enim Sanctum Petrum Pontificem Romanum, & Universam Ecclesiam posse errare in quæstionibus facti; quidquid sit de quæstionibus juris, ex quo patet solutio etiam ad secundam probationem minoris. Nam Divus Cyprianus non judicavit Pontificem loqui ex Cathedra, sed ut Doctorem particularem in materia facti. Postquam autem Cyprianus, Firmilianus, Dionysius, & alii consortes fuerunt certificati de sententia Summi Pontificis tanquam ex Cathedra, contrarium decreverunt, teste Divo

Hieronymo lib. 1. contra Luciferanos, ibi: *Denique illos ipsos Episcopos, qui rebaptizandos Hæreticos cum eo statuerunt, novum emisisse decretum constat.* Ad tertiam probationem minoris respondeo Adrianum VI. ibi scripsisse ad Doctorem particularem, & etiam, ut particularem Doctorem, supponit Pontificem posse errare in pertinentibus ad fidem; non enim loquitur de Pontifice, ut Capite Ecclesiæ, universali Doctore, Christi Vicario ex Cathedra definiente, in quo sensu Pontifex in rebus Fidei errare non potest; siquidem assistentia Spiritus Sancti ex Divino decreto illi debetur. Constat enim manifestè, quod Adrianus non instituit sermonem de definitionibus ex Cathedra: loquebatur enim in præfato loco de privilegio concesso à Gregorio Pontifice Presbyteris Sardiniæ administrandi Sacramentum Confirmationis, quod nunquam fuit propositum à Gregorio tamquam de Fide; sed fuit res facti. Nos autem fatemur Pontificem posse errare in quæstionibus facti, & juris, & ut personam particularem. Ex quo patet solutio ad quartam probationem ex Innocentio III. cap. A nobis, quia ibi loquitur expressè de sententia excommunicationis, non de definitionibus Fidei. Quod autem Pontifex, & Universa Ecclesia potest errare in defi-

sitionibus facti & juris, constat, quia in illis nulla assistentia Spiritus Sancti promittitur illis, sed innituntur probabilitati Humanæ. Ex quo patet solutio ad omnes probationes adductas in confirmatione, nihil enim adducitur, nisi in materia facti, & juris, nulla definitio Fidei Divinæ tamquam ex Cathedra. Quod etiam allegatur de Marcellino, de Victore V. de Honorio, de Anastasio II. & de Joanne XXII. quidquid sit de veritate allegationis historicæ non disputo. Siquidem sunt actiones particulares, non autem definitiones Fidei Divinæ ex Cathedra. Quantùm enim ad actiones particulares nullum testimonium, aut fundamentum reperiri valet in Sacra Scriptura, quod Pontifices, postquam assumpti sunt ad Pontificiam Dignitatem, constituantur impeccabiles, nec ut particulares personæ confirmentur in gratia. Nam illa promissio facta Petro Luc. 22. *Rogavi pro te, Petre, ut non deficiat fides tua*, intelligi debet erga Petrum, ut Ecclesiæ Caput, non verò ut privatam personam. Et dato, quod competeret Petro, ut singulare privilegium, non inde sequitur esse concessum Successoribus ejus, quia licèt Pontifex succedit in Cathedra, & in his, quæ Cathedram comitantur, non tamen in privilegiis privatis. Valde ergo notan-

um est, quod juxta doctrinam Ecclesiæ Romanæ non solùm Pontifex, sed tiam Concilium Generale simul cum Ponifice possunt errare in materia facti, quidquid sit de materia Juris Humani, quia hujusmodi quæstiones pendent ab Humano testimonio, quod fallibile est. Idem diligenter observandum est, quod licet Scribæ, & Pharisæi describuntur in Evangelio, ut pessimi, infames, & enormes peccatores in suis actionibus privatis: quantùm autem ad actiones eorum judiciarias, potestativas, & ad Cathedram spectantes, rectè procedebant, juxta illud Matth. 23. *Scribæ, & Pharisæi sederunt in Cathedra Moysi, facite omnia quæcunque dixerint vobis; secundùm autem opera eorum nolite facere, dicunt enim, & non faciunt.* Nil clarius pro nostro intento. Avertat Deus, ne iniquitas Ministrorum possit enervare Fidem, annullare Sacramenta, & evertere Testamentum æternum.

Septimus Congressus.

Arguit Lutheranus, & quærit primò, an tenemur sub præcepto Fidei credere Transubstantionem in confectione Sacramenti Eucharistiæ. Respondetur affirmativè, & ideò censendus est Hæreticus, qui illam negaret.

Quærit secundò, unde constat propositionem de Transubstantiatione esse de Fide. Ratio dubitandi: quia nulla propositio est de Fide, quæ non sit revelata à Deo; sed propositio de Transubstantione non est revelata. Quod sic probat. Omnis propositio revelata, vel est revelata in se formaliter, vel virtualiter contenta in alia superiori propositione formaliter revelata, vel per connexionem necessariam cum propositione formaliter revelata: sed propositio de Transubstãtiatione non est in se formaliter revelata, nec in alia superiori revelata virtualiter contenta, nec necessariò cum revelata connexa; Ergo nullo modo est revelata. Major videtur certa. Probo minorem discurrens per omnia capita expressa in minori. In primis non est in se formalier revelata, siquidem nulla mentio fit Transubstantiationis in Universa Scriptura, nec etiam inter traditiones Apostolicas ulla unquam mentio fuit facta Transubstantiationis: siquidem non à multis retro sæculis hæc quæstio controvertitur. Ergo non in se formaliter est revelata. Quod non sit virtualiter revelata, id est contenta in alia formaliter revelata; sic ostenditur. Nam si in aliqua propositione esset contenta virtualiter, maximè in hac propositione. *Hoc est corpus meum*. 1. Cor. 11. Sed non continetur in illa, aliàs veri-

tas illius propositionis non esset compatibilis cum substantia panis in Sacramento; quod est falsum, cum nulla sit oppositio inter substantiam Corporis Christi, & substantiam panis, est enim proprietas substantiæ non habere contrarium. Quod autem non sit oppositio inter accidentia Corporis Christi, & accidentia panis, est evidens in sententia Catholicorum de facto, qui asserunt integrum Corpus Christi secundùm substantiam, & accidentia ejus, simul cum accidentibus panis in Sacramento. Et ratio à priori est, quia, si ulla esset oppositio penes accidentia, maximè oppositio localis; sed accidentia Corporis Christi non sunt extensa localiter, unde talis oppositio non potest esse. Quod autē propositio de Transubstantiatione non sit revelata per connexionē necessariam cum prædicta propositione revelata, constat, quia veritas illius propositionis est veritas absolutè independens à veritate propositionis de Transubstantiatione, sive intra Sacramentum consideretur, sive extra. Si extra, non est quæstio, nec dubium; si intra Sacramentum, esset dependentia necessaria ideò, quia essentia Sacramenti, seu effectus formalis primarius ejus non posset salvari sine Transubstantiatione; sed rectè salvatur & ejus essentia, & effectus sine tali dependentia; ergo nec

intra, nec extra Sacramentum, verita illius propositionis *hoc est Corpus meum* dependet à veritate propositionis de Transubstantiatione. Probo minorem. Nam in sententia Catholicorum Sacramentum Eucharistiæ quoad essentiam dicit Corpus Christi in recto, & accidentia consecrata in obliquo, vel è contrario accidentia in recto, & Corpus Christi in obliquo juxta varietatem opinionum: & effectus ejus primarius est gratia cibativa, seu nutrimentum spirituale animæ: sed substantia panis non pugnat cum Corpore Christi sive ponatur in obliquo, sive in recto, nec pugnat cum accidentibus panis, ut per se patet, nec etiam pugnat cum ratione nutrimenti sive spiritualis, sive corporalis plus quam accidentia: ergo nulla est connexio necessaria inter veritatem propositionis de Transubstantiatione, & veritatem illius propositionis *Hoc est Corpus meum*; ergo convincitur, quod Ecclesia Romana errat in materia Fidei definiendo, & proponendo sub præcepto Fidei, quod non est revelatum à Deo.

Confirmatur ex eo, quod non sunt multiplicanda miracula sine necessitate; atqui in Transubstantiatione fierent plura miracula sine ulla necessitate; ergo debet relegari à scopo Fidei Christianæ

Major est commune adagium Theologorum. Minor ostenditur, quoad primam partem, videlicet, quod fierent plura miracula: siquidem miraculum dicitur, quod transvertit, vel superexcedit ordinem Naturæ, & modum ejus juxta præsentem providentiam rerum. Quod autem convertatur substantia panis, nulla conversione, vel destructione accidentium panis facta, excedit, & transvertit ordinem, & modum Naturæ; ergo est miraculum. Deinde quod sit miraculum, quod sustententur, seu manuteneantur accidentia sine subjecto, nulli dubium est. Quod autem hæc fiant sine necessitate, sufficienter patet ex supradictis.

Respondetur. Pro solutione hujus argumenti animadverte, quod supposita authoritate, & infallibilitate Ecclesiæ in definiendis, & proponendis rebus, & propositionibus de Fide Divina, ut hucusque in superioribus congressibus tractavimus; non opus est nimis curiosè perscrutari, unde constet Ecclesiæ hoc, vel illud esse revelatum, sicut in Politicis, & Humanis non opus est, ut Imperator, vel Legislator, seu Comitia Generalia Imperii, vel regni teneantur reddere rationem quibuslibet inferioribus de Legibus, Statutis, stabilitis & promulga-

tis; sed sufficit, quod sint legaliter, & juridicè constituti cum suprema authoritate, & potestate ad condendas, & stabiliendas Leges; aliàs sequeretur perpetua, & inextricabilis confusio.

Item suppono, quod est contra rationem Fidei Divinæ, quæ essentialiter debet esse obscura, tamquam lucerna lucens in loco caliginoso, posse comprehendi rationibus naturalibus, perspicuis, & demonstrativis. Quapropter à principio nascentis Ecclesiæ solebat dici, quod quo magis quis esset Philosophus, eo minùs erat Fidelis, seu Christianus. Sufficit ergo de hoc Mysterio, sicut de omnibus aliis, quod habeamus sufficientia argumenta credibilitatis, & evidentiam in attestante. Si enim esset comprehensio scientifica, nulla esset Fides, nec meritum Fidei. Quapropter documentum Apostoli in hac parte est, ut *captivemus intellectum in obsequium Fidei.* Et profecto, si credimus Ecclesiæ in eo, quod majus est, à fortiori debemus reponere fiduciam in illa, quoad minora. Recipimus Universam Scripturam Canonicam in verbo Ecclesiæ, nec habemus ullam aliam authoritatem, vel testimonium, quod sit vera Scriptura Canonica, & revelata à Deo, nisi meram authoritatem, & traditionem Ecclesiæ, & quod generationes præteritæ, & Pa-

tres nostri nuntiaverunt nobis. At verò pro satisfactione illorum, qui dubitant, vel negant authoritatem, & infallibitatem Ecclesiæ Romanæ, dico, quod cum illa propositio *Hoc est Corpus meum* debeat intelligi in sensu litterali, & rigoroso propter repetitam recommendationem ejus in Evangelio cum particulis annuentibus & significantibus sensum rigorosum, & litteralem, exempli gratia, verè *Corpus meum, & verè sanguis meus,* & similia, & ex eo, quod Christus Dominus in institutione hujus Sacramenti habuit omnipotentiam Divinam, qua potens erat ad tam mirabilem institutionem & ex eo, quod hoc Sacramentum sit summa, seu epilogus mirabilium Dei. Veritas illius propositionis institutivæ *Hoc est Corpus meum* dependet indirectè, & à posteriori à veritate propositionis de Transubstantiatione, est enim impossibile, quod aliquod corpus intelligatur de novo, ubi non erat priùs absque aliqua mutatione, seu motu in se, vel in alio subjecto, ad quod movetur vel quod movetur ad illud. Unde cùm Corpus Christi Domini non sit capax mutationis, mutiplicationis, seu motus localis, à fortiori concluditur, quod panis movetur in illud, non localiter, ut per se patet, nec per aliquam motionem spectantem ad accidentia panis: restat ut substantia panis movea-

tur in illud, & cum nulla sit motio imaginabilis, nec excogitabilis, nisi conversio ipsius substantiæ panis in Corpus Christi, sequitur, quod sic convertitur, ut verificetur existentia Christi sub accidentibus panis. Unde ulterius sequitur connexio necessaria inter veritatem propositionis *Hoc est Corpus meum*, & veritatem propositionis de Transubstantiatione. Unde nihil refert, quod hæc connexio non proveniat ex oppositione inter substantiam Corporis Christi, & substantiam panis, nec ex oppositione accidentium, seu ex oppositione cum ejus effectu, seu partibus essentialibus Sacramenti. Ita tota solutio consistit in hoc, quod Corpus Christi non potest existere realiter, ubi non erat ante, sine aliqua motione; ut jam dictum est, unde cum nulla motio potest esse ex parte Corporis Christi, sequitur necessario, quod debet esse ex parte panis per conversionem ejus in Corpus Christi, & hæc conversio vocatur Transubstantiatio in universa Ecclesia Catholica Romana. Nec refert novitas illius vocabuli *Transubstantiatio*, quia est perpetua praxis in Ecclesia, & in omni foro, ut quando oriuntur novæ difficultates, seu fiunt novæ declarationes, quæ ante inusitatæ fuerunt, inveniantur etiam nova vocabula, Homousion Hypostasis, & similia non lo-

guntur in Scriptura, nec erant usitata vocabula ante Arianam Hæresim; Ergo, &c. Patet, quod etiã illa miracula relata in confirmatione non patrantur sine necessitate, quandoquidem veritas illius propositionis *Hoc est Corpus meum* necessario requirit utrumque. Propositio ergo de Transubstantiatione intelligitur per illationem, & connexionem necessariam cum propositione de existentia Corporis Christi in Sacramento virtualiter revelata, & ex consequenti potest Ecclesia Catholica sine periculo erroris declarare, & proponere illam, ut revelatam, & consequenter sub præcepto Fidei, ex quo difficultas in argumento posita enervatur. Hæc solutio est Doctoris Angelici 3. part. qu. 75. art. 4. 5. 6.

Varias adhuc quæstiones, & dubia proposuerunt Doctores isti, seu viri Eruditi Protestantes de numero Sacramentorum in Ecclesia Catholica Romana, de Suffragiis pro mortuis, Purgatorio, & indulgentiis, de quibus nolui disputationem longam instituere. Breviter tamen operam dedi illis satisfacere; dicens vel me esse extra Ecclesiam Christi, vel intra. Si extra, *perdidi oleum, & operam, & ante me labor, & dolor, donec intrem in Sanctuarium Dei.* Si autem intra Ecclesiam Christi, & Sanctuarium ejus, non est dubitandum ibi esse vera Sacramenta, autho-

ritatem, veram, doctrinam, & interpr
tationē legitimam Scripturarum. Cum e
go omnes Adversarii fatentur Ecclesia
Catholicam Romanam continuatam p
successionem Sacerdotum, & Episcop
rum à tempore Apostolorum aliquan
fuisse veram Ecclesiam Christi; res stupe
da, quod defecisset non obstantibus pr
missis Christi, & quod Synagoga non d
fecit usque ad consummationem, nec
Cathedra ejus potuit doceri error in Fi
juxta illud Matthæi 23. *Super Cathedr*
Moysi sederunt Scribæ, & Pharisæi, &
Quod fuisset fabricata super firmam P
tram; quod appellata sit fundamentum
columna veritatis; & quod tam cito d
fecisset, incredibile videtur. Omnes a
tiqui Doctores, quos Sanctos Patres a
pellamus, aperto marte Ecclesiam Rom
nam defendunt. Omnes aliæ Ecclesiæ, q
ab Apostolis institutæ fuerunt, præt
hanc, ceciderunt, quæ Divi Petri a
pellatur. Hierosolymitana, cui præfu
Divus Jacobus; Achaialensis, quam re
Divus Andræas; Asiatica, quam institu
Divus Joannes; Ecclesia Indiarum Orie
talium, quam sorte sortitus est Div
Thomas; Persica, quam rexit Judas; Ethi
pica, quam regebat Sanctus Matthæu
Et Græca, quam instituit Divus Paulus
Harum omnium Ecclesiarum vestigium f

e non remanet, & tamen Ecclesia Roma-
a semper floret, & Adversariorum tela
pernit extendens palmites suos, & ramos
sque ad terminos Terræ. Igitur conscien-
ia vetat, & Deus avertat, ne Congre-
ationem Fidelium aliunde expectemus
xtra hanc Ecclesiam.

In hac conjunctura patiens noster audi-
tor, Nobilis ille Sæcularis, cujus men-
ionem feci à principio sermonis, jureju-
ando affirmavit, me rectè respondisse, ex
ujus sententia orta est contentio magna,
& tempestas valida inter Doctores, &
psum; ratione cujus coactus sum ascen-
dere navim nocte sequenti, & transfretare
n Regnum Hispaniarum. Et pro nunc suf-
iciat pro prima parte nostræ Disserta-
tionis.





SECUNDA PAI
DISSERTATIOI
DE
STATU RELIGIO
IN REGNO HYBERN
ET DE CONCURRENT
ad exterminium ejus.

Hæc Secunda Pars subdividit duas sectiones. In Prima S ne traditur compendiosa na de Statu illius Regni in pra In secunda proponuntur a dubia, & quædam resolv apologeticè.

§. PRIMUS.

Si cœperimus loqui, forsitan accipies, sed conceptum sermon tenere quis poterit? Job.4.



RPHEUS, Aristoteles, & dianus Hyberniam, Jernam à quo vocabulo probabiliter judic

alia vocabula, seu potius ejusdem vocabuli variæ pronunciationes, juxta diversitatem linguarum multarum nationum, emanasse. Verbi gratia Vernia, Iris, Overnia, Bernia, Erin, Overdon, & Irland: & etiam quod Jerna formatur, seu derivatur à vocabulo Hybernici Idiomatis *bier*, quod significat Plagam Occidentalem. Habet etiam illa Insula, seu Regio, juxta Scriptores Hybernicos, antiquiora vocabula, videlicet: Tirbolac, Tvohidedanan, & Banaba. Isidorus, & Beda, & plerique Auctores scribunt Scotiam fuisse appellatam, unde Scotiæ nomen in Britanniam transmigrasse cum Scotis. Quæ verò nunc Hybernia dicitur, fuit Scotia Major, quæ autem nunc Scotia vocatur, Minor olim dicebatur.

Hybernia protenditur ab Austro in Aquilonem, & est forma lenticulari, seu ovali, non latior, quam longior, ut Strabo describit. Ab ortu Angliam turbido Mari Hybernico disjunctam habet. Ab occasu immenso Occeano Occidentali. A Septentrione, Deucaledonio. Ab Austro Vergevio alluitur Mari. Hæc regio est habitata à profundissima antiquitate, si fides adhibenda est Scriptoribus Hybernicis, qui Cæsariam quamdam Neptim Noachi hanc Insulam incoluisse. Bartholanum Scitham adventasse trecentesimo anno post

„ respicias, qui bellicosi sunt, & ingenio-
„ si, corporis lineamentis conspicui miri-
„ fica carnis mollitie, & propter musculorú
„ tenuitudinem agilitate incredibili. Mul-
„ tis dotibus ita felix Insula, ut non malè
„ dixit Geraldus: naturam hoc Zephyrii
„ Regnum benigniori oculo respexisse. Ita
„ Auctor Theatri Terrarum Orbis.

Pomponius Mela ait: *Adeo luxuriosa herbis non latis modo, sed etiam dulcibus, ut exigua diei parte pecora se impleant, & nisi pabulo prohibeantur, diutiùs pasta dessiliant.* Unde inquit Bleau: *pecorum infinita multitudo, & greges plurimi sunt, quos bis in anno tondent. Equi etiam*, ait idem Author, *optimi sunt, quos* hobbies *vocant, quibus non idem, qui cæteris equis, in cursu gradus, sed mollis alterno crurum explicatu glomeratio. Piscibus tam fluvialibus, quam maritimis adeo abundat, ut omnes Regiones Europæ facilè superexcedat. Imo fere omnes piscibus supplere valet.* Festus Avienus in opere, cui titulus *Ora maritima*, vocat eam *Sacram Insulam.* Unde ipsam Hyberniam introductam loquentem de suis commodis versibus doctissimis Adriani Junii audire liceat:

Illa ego sum Graiis olim glacialis Jerna
Dicta, & Jasoniæ puppis bene cogni-
ta nautis;

Quæ

Quæ Tarthesiaco propior si tingere soles-
Flumine conspicio Cauro subjecta procaci;
Cui Deus & melior rerum nascentium origo
Jus commune dedit cum Creta altrice Tonantis;
Noxia ne in nostris diffundant sibila in oris
Terrificè creti tabo Phorignidos angues,
Et fortè illati compressis faucibus atris
Viroso pariter vitam cum sanguine ponant.
En ego cum regni sceptro mavortia bello
Pectora, & horriferas hominum non fingo figuras,
Qui cursu alipedes norunt prævertere cervos.
Dedico piscosósque lacus, volucrumq; paludes
Omnigenum lustris fætas, stanniquè fodinas,
Et puri argenti venas, quas terra refossis
Visceribus manes imos visura recludit.

Plutarchus vocat eam Ogigyam, idest perantiquam. Hyberni ergo sic dicti derivatione facta ab illo vocabulo Jerna, qui & originem ex Hispania duxerunt, Christo nomen dederunt à multis sæculis elapsis. Misit enim ad eos Cælestinus Romanus Pontifex Palladium Episcopum. Palladius autem mortuus in Britannia nihil præstitit. Scriptores ergo Ecclesiastici tam Hybernici, quam extranei tradunt Religionem Christianam fuisse disseminatam per Sanctum Patritium in illo Regno anno 431. Palladio namque defuncto Patritius subrogatus fuit à Cælestino; tanto progressu Christianam Fidem propagavit, ut universas Provincias totius Regni ad Christum converterit, & Hybernorum Apostoli nomen meruerit; ejus Discipuli progressum tantum fecerunt, ut subsequentibus sæculis Hybernia Sanctorum Patria per Universum Orbem diceretur. Unde Monachis, Ecclesiasticis Hyberniæ, tunc Scotiæ Majoris dictæ, nihil sanctius, nihil eruditius fuerit. Ita ut in Universam Europam Sanctorum Virorum agmina emiserint. Re ipsa cupiebant esse, quod dicebantur. Nihil personatum placebat. Simplicitatis erat, non malitiæ status eorum. Opum, & rerum sæculi tantus contemptus, ut non solùm eas non ambiebant, sed oblatas & hæreditarias respuebant.

Quare multæ Nationes in Hyberniam undique confluxerunt, tamquam ad bonum litterarum, & virtutum emporium. Indeque plures accepisse rationem formandi litteras, & eruditiones, præsertim Anglos, Saxones pro certa habetur.

Anno 664. Egfridus Nordan Humbrorum Rex cædibus, & incendiis Hyberniam amicissimam Angliæ devastavit. Inde Norvegi, Turgesio Duce, indignissimis populationibus per triginta annos devastarunt. Postea Eustmanni, idest viri Orientales, è maritima Germaniæ ora in Hyberniam venerunt; qui cum magna, & speciosa mercaturæ specie quasdam Urbes occupassent, difficillimum bellum brevi concitarunt. Nulla tamen ex illis Nationibus obtinuit Regnum quiete, nec integre; unde non fecerunt legitimam conquistam; siquidem exercitus illorum profligati fuerunt, & ipsi expulsi, præsertim in magno & ultimo prælio apud *Cluointarf* propè Dublinum per quemdam Monarcham totius Hyberniæ nomine Bernardum O' Kenedy.

Henricus Secundus Angliæ Rex anno 1172. postquam Richardum Comitem Pembrochiæ, qui Dermitio Socero in avitum Lageniæ Regnum restituto ex Hybernia revocasset, occasione accepta, ipse personaliter venit in Hyberniam, & Regnum,

Reges, usque ad Henricum V
Comitiis Generalibus Regni
fuit ab omnibus Ordinibus R
ratus Rex Hyberniæ, qui titulı
authoritate confirmatus fuit :
Cum Regina Maria, Angliæ n
dientiam per Legatos Roman
Paulo IV. detulisset.

Ex quo Hybernia Anglici
est, Reges Angliæ eo Prorege
publicam gerendam transmiser
primum custodes, deinde pro :
berniæ justitiarios, locum tenei
putatos appellant; in codicillis
tis patentibus, quibus eis aut
jurisdictio mandatur, quæ san
Regia est, videlicet bella gerc
componendi, magistratus; &
nia, præter paucula, conferei

mento coram Regni Cancellario, concepta verborum forma præstito, gladius, qui præfertur, traditur illi. Ipse in solio locatur, Cancellario, Proceribus cum Rege armorum serviente ad arma, & aliis honorariis administris assistentibus. Nullus alius Prorex, ut ferè omnes Auctores affirmant, propius ad Regiam Majestatem in Orbe Christiano, sive jurisdictionem, sive authoritatem, comitatum, aut apparatum spectes, accedit. Illi in Consiliis adsunt Regni Cancellarius, Regni Thesaurarius, & alii ex Comitibus, Baronibus, & Judicibus, qui sunt à sanctiori Consilio. Nam eosdem planè Ordines habet Hybernia, sicut & Anglia, scilicet Comites, Barones, Equites auratos, Armigeros, &c.

Summum etiam forum Regni Hyberniæ est Parlamentum, quod pro Regis Angliæ arbitrio à Prorege indicitur, & dissolvitur. Juridici etiam Conventus quatuor quotannis habentur, & quinque sunt Tribunalia, videlicet Camera Stellata, Bancus Regius, Bancus Communium Placitorum, Fiscus Regius, & Camera, seu Bancus Cancellarii.

Sunt etiam Frenarchæ in singulis Comitatibus ad pacem conservandam; Rex etiam habet suum ad Legem servientem Procuratorem, sive Atornatum Generalem, &

nis insolentiam coercendam.

Res Ecclesiastica olim ab E
ministrata fuit, quos vel ip
Romanus, vel Archiepiscop
riensis, vel ipsimet consecr
autem 1152, ut apud Philippu
riensem legitur, Christianus E
moriensis totius Hyberniæ Le
lium celeberrimum apud Mel,
mel celebravit. Cui interfuer
Abbates, Reges, Duces, &
tu Hyberniæ, in quo authorit
ca Consilio Cardinalium, C
coporum, Abbatum, & ali
consistentium, quatuor Arc
in Hybernia constituit, vid
chanum, Dublinensem, Ca
Tuomensem, quorum prim
berniæ Primati suberant nc
patus. Secundo quinque. T

§. Secundus.

Gentes ergo, seu Regnum Hyberniæ perstiterunt firmiter in Fide Catholica Romana ab eo tempore, quo fuit plantata, & radicata inter illos in mirabilibus magnis authoritate Primitivæ Ecclesiæ, & cum tanto incremento pietatis, quod omnes Christianæ Nationes, venerabantur, & mirabantur illos. A tempore, quo Schismata, & Sectarii infecerunt Regna Septemtrionalia, vix ulla Natio sub Cœlo sustinuit tot flagella, tormenta, persecutiones, confiscationes bonorum, mortes, exilia, & perpetua opprobria in defensionem Fidei Catholicæ, sicut Hyberni sustinuerunt. Tenacissimè tamen illam retinuerunt non obstante quacunque calamitate usque ad annum 1698. Quo anno tot Decreta Exterminativa edita sunt contra illos per Parlamentum Protestantium (annuente Principe Auriaco) ut non sit possibile retinere Fidem Catholicam in illo Regno ultra, ut constat per ipsa Decreta Exterminativa satis superque probata per effectus illorum, nimirum extorres, & profugos Catholicos in omnem Terram exulantes, & conquerentes, & quorum tristissima sors præsefert tesseram fortissimæ commendationis, si in viscera cadat Christianæ Pietatis. Insuper in calce

hujus opuſculi epilogum perſequutionis præſentis, & Decretorum ejus inſertum aliqualiter trademus.

Quod exterminium hujus Regni ſit contra Legem Naturæ & Jura Gentium patet ex eo, quod Hyberni obtinuerunt Regnum, & poſſederunt illud à duobus millibus annis, & ultra, legitimo jure belli, nec unquam fuit ereptum è manibus eorum legitima conquiſta, ut ſerie hiſtoriarum luculenter innoteſcit, nam etſi Rex Daniæ, ſeu Novergiæ, & aliæ Nationes aliquoties invaſerint illud Regnum, nunquam tamen obtinuerunt poſſeſſionem ejus integre, & pacifice, donec fuerint profligati, & expulſi, ut in §. præcedenti retulimus.

Et licet anno 1172. Henricus II. Rex Angliæ, capta anſa ex diſcordia inter duos Regulos, ſeu Principes duarum Provinciarum ipſe poſt biennium venerit perſonaliter, ut mediator inter illos diſcordantes Principes, (ante namque biennium miſerat copias) auxiliares in favorem unius contra alium) & licet ipſe adeo proſpere egit in Hybernia, ut obtinuerit dominium, & principatum, ut jam ſupra dictum eſt, non tamen obtinuit ex vi armorum, & jure belli, nec per legitimam conquiſtam, ut luculenter, & ample probat Molinax Juriſconſultus.

in suo libro de hoc subjecto edito anno 1697.

Quapropter licet Hyberni, postquam incepit Schisma Angliæ, vel hæresis serpsit, plures molestias passi sunt, propter suam firmitatem in Fide Catholica, nunquam tamen fuerunt privati jure, foro; vel possessione hæreditaria usque ad tempus Cromvelis. Quidam ergo Tyrannus nomine Cromvel post profligationem, & decollationem Regis Caroli Primi per Parlamentum Angliæ, missus est ab ipso Parlamento Dux Belli cum eodem exercitu, per quem profligatus, & decollatus est Rex Carolus, in Hyberniam pro subjugatione Hybernorum, quos reduxit usque ad desolationem, tametsi per decennium strenuè bellarunt pro Lege, pro Rege, pro Patria. Post desolationem, & reductionem Hybernorum per septennium regnavit Tyrannus Cromvel, ut protector, & caput Reipublicæ in Regnis Magnæ Britanniæ. Divisit spolia, hæreditates, & agros Hybernorum, ut stipendium, & salarium inter milites, & suos fautores in funiculo distributionis; pro profligatione, & decollatione Regis, & desolatione, & reductione Hybernorum.

Et profecto licet benemeriti erant Hyberni apud Serenissimum Regem Carolum

¶ I. siquidem ex parte ejus restiterunt Parlamento viribus, & posse, & post profligationem illorum Nobiles, Proceres, & multitudo magna illorum secuti sunt eum, & adstiterunt illi in exteris Nationibus, durante Tyrannide Crõvelis; post tamen restaurationem Regis non potuit restaurare Hybernos, nec restituere illis hæreditates, nec possessiones antiquas, nisi in numero brevi, propter duram cervicem, & potentiam Cromuliensium, & propter pacem Regni. Et adeo prævaluerunt ipsi Cromulienses, ut ipsimet congregati in Comitiis Generalibus, seu Parlamento instituerint Leges, & Statuta in confirmationem distributionis Cromvelis, evidenter contra Legem Naturæ, & Justitiam Distributivam, & ita Hyberni remanserunt orbati omni Jure Divino, & Humano; imo cautum est per Decretum Parlamenti, ut non communicent Catholici Hyberni in Edictis, seu Decretis indemnitatis ex gratia concessis per Regem, & Comitia Generalia Regni, & sic remanserunt prædicti Catholici in summa miseria, donec Serenissimus Rex Jacobus ascendit solium Regni, & indixit Parlamentum, seu Comitia Generalia in Regno Hyberniæ, in quibus revocavit, & abrogavit Statuta, & Edicta edita in favorem

distributionis Cromvelis. Condidit Leges, & Decreta; quibus restituit Hybernis Iura, Indulta, Privilegia, & possessiones eorum antiquas tunc usque violenter retentas ab illis per Cromuluenses.

Quidam convenientiam temporalem, & potius Pseudopoliticiam Humanam respicientes, & ex consequenti parviperdentes Regnum Dei, & Justitiam ejus dixerunt, quod Serenissimus Rex Angliæ temere egit in eo, quod permisit has Leges tunc revocari, & antiquas Leges Justitiæ renovari in irritationem Cromuliensium, & descendentium eorum. Nihil minus asserunt in eo, quod Catholicum Romanum se publicè professus sit. Sed turpiter errant, rationibus Humanis, & opponuntur Divinis obræcati. Noverat enim Rex Heroïcus, & pietate plenus, quod etsi tueret Cœlum, debet fieri Justitia, & quantocius exhiberi remedium clamoribus pauperum; quando præsertim Justitia clamat ex parte eorum. Quod error, cui non resistitur, approbatur, & virtus minimè defensata opprimitur. Quod non erat dissimulandum in detrimentum Legis Divinæ. Quod Lex Divina non debet esse pedissequa rationibus Politicis Status Humani, quando cum Lege Evangelica evidenter discrepant.

Præterea omni Humana probabilitate in

[illegible]

[illegible]

[illegible]

his quoque actionibus prosperaret, sicut magnifice, & prospere egit in omnibus aliis actionibus, & negotiis domi, & foris per mare, & per terras à juventute sua. Si rumores falsi per fautores Principis Auriaci non prævaluissent, videlicet quod erat liga, seu fœdus clandestinè contractum inter Suam Majestatem Britannicam, & Regem Christianissimum in præjudicium, & grave detrimentum aliorum Principum, & Regum Europæ. Qua persuasione & suggestione plures colligati sunt in ruinam, & eversionem Regni ejus. Omnes machinæ disponuntur, omnesque viæ apertæ sunt, ut Princeps Orangiæ invaderet Regnum ejus. Subditi ejus concitati sunt, ut sublevarentur, & desererent eum, & sic conspirantibus Subditis ejus Protestantibus, Sectariis, & multis aliis, depositus, expulsus, & desertus est Rex Magnæ Britanniæ, licet à multis annis elapsis diu, & ardentissimè desideratus, ut Catholicus Romanus ab universa Ecclesia Dei.

§. *Tertius.*

Protestor, & declaro coram Deo, & Hominibus, quod non est intentum, nec in votis meis in hac lacrymabili querela ag-

es reingressi sunt in possessiones, & hæreditates Hybernorum, ut olim juxta funiculum distributionis Cromvelis.

Nihilominus quidem Hyberni in virtute Articulorum Lymericensium obtinuerunt aliquas possessiones, & gaudebant aliqua libertate Religionis, etsi non semel interrupta per frequentem incarcerationem totius Cleri Regularis, & Sæcularis; non tamen penitus privati fuerint omni beneficio Articulorum, & libertate Religionis usque ad conclusionem Pacis Universalis apud Castellum de Riensvich anno 1697. Qua pace promulgata instituerunt, & indixerunt Comitia Generalia, seu Parlamentum in Regno Hyberniæ, annuente Principe Auriaco, ut Rege illorum. Sepositis tamen & semper exclusis Catholicis Romanis; unde factum est, ut fere omnia membra totius Parlamenti fuerunt Cromuluenses, seu descendentes eorum.

Condiderunt in hoc Parlamento tot Decreta, & Leges exterminativas contra Hybernos, & universim contra Catholicos Romanos illius Regni, ut fere omnes articuli, & capitulationes Lymericenses sint penitus enervatæ, vel turpiter elusæ. Non operæ pretium judicavi prædicta Decreta exterminativa hic inserere extensivè, cum sint per universum Orbem

præbere ansam, seu confirmare sinistram opinionem conceptam de sua Majestate circa clandestinam, & injustam ligam.

SECTIO SECUNDA.

§. *Primus.*

Deposito, ergo, & expulso Rege Angliæ per fas, vel nefas quibuscunque conspirantibus, insurrexerunt Hyberni, & viribus, & posse restiterunt Principi Auriaco per aliquot annos: donec post multam effusionem sanguinis in præliis, & præsidiis ex utraque parte (copiis, & munitionibus valde inæqualibus) videntes etiam se esse derelictos ab universo Orbe in secunda obsidione Lymericensi tradiderunt Civitatem illam munitissimam cum multis aliis præsidiis minoribus in Provincia Mamoniæ & cum illis Regnum integrè, factis tamen articulis, capitulationibus, & conditionibus juxta legem belli, & Jura Gentium. Horum Articulorum summa erat, ut obtinerent tot Indulta, privilegia, & possessiones, & tanta libertate Religionis gauderent, sicut in tempore Caroli II piæ memoriæ (obiit enim in gremio Catholicæ Ecclesiæ) nulla mentione facta restaurationis eorum per Serenissimum Regem Jacobum. Quapropter Cromulianı

tes reingressi sunt in possessiones, & hæreditates Hybernorum, ut olim juxta funiculum distributionis Cromvelis.

Nihilominus quidem Hyberni in virtute Articulorum Lymericensium obtinuerunt aliquas possessiones, & gaudebant aliqua libertate Religionis, etsi non semel interrupta per frequentem incarcerationem totius Cleri Regularis, & Sæcularis; non tamen penitus privati fuerunt omni beneficio Articulorum, & libertate Religionis usque ad conclusionem Pacis Universalis apud Castellum de Rensvich anno 1697. Qua pace promulgata instituerunt, & indixerunt Comitia Generalia, seu Parlamentum in Regno Hyberniæ, annuente Principe Auriaco, ut Rege illorum. Sepositis tamen & semper exclusis Catholicis Romanis; unde factum est, ut fere omnia membra totius Parlamenti fuerunt Cromuluenses, seu descendentes eorum.

Condiderunt in hoc Parlamento tot Decreta, & Leges exterminativas contra Hybernos, & universim contra Catholicos Romanos illius Regni, ut fere omnes articuli, & capitulationes Lymericenses sint penitus enervatæ, vel turpiter elusæ. Non operæ pretium judicavi prædicta Decreta exterminativa hic inserere extensivè, cum sint per universum Orbem

promulgata. Quod autem sint violatæ & elusæ evidenter constat ex primo, secundo, quinto, sexto, & nono articulo. Per primum debebant Catholici libero suæ Religionis exercitio frui, sine omni molestia, & vexatione, & tamen perinde ac si hæc prima, & principalis conditio nunquam facta fuisset, graviores ex illo tempore persecutiones passi sunt, quam unquam Majores ipsorum à prima Religionis defectione pertulerunt. Omnes Papistæ jurisdictionem aliquam Ecclesiasticam exercentes, omnesque Regulares Cleri Papistici in exilium relegantur. Prohibetur etiam omnibus sub pœnis gravissimis, & bonorum omnium, libertatisque jactura, ne cuiquam horum, si forte intra Regnum inventus fuerit post Kalendas Maias anni 1698. ullo modo subveniat, aut opituletur, ante quem diem debebant omnes se se Magistatibus sistere in certis quibusdam partibus designatis, à quibus in Nationes exteras transferrentur, unde nemini liceret sub pœna læsæ Majestatis reverti. In eodem etiam Decreto cautum est, quod si quis dicti Ordinis Clericus in Regnum ingressus fuerit post diem 29. Decembris anni 1697. capiendus sit, & carcere per annum detinendus, & tum demum in quamlibet Orbis plagam sive in Turciam, sive

in Indias, ſicut Magiſtratibus placeret, tranſmittendus. Et ut certus eorum numerus conſtaret, non ſolùm ipſi deprehenſi carceribus includebantur; & ſponſores Laïcos dare cogebantur; verùm etiam ſeveriſſimè mandatum eſt Epiſcopis proteſtantibus, ipſorum miniſtris, Municipiorum Magiſtratibus, Frenarchis, Conſtabulariis, & Publicanis, ut diligenter inquirerent, & fideliter referrent omnes hujuſmodi Clericos, qui intra ipſorum limites, ſive juriſdictiones reſiderent. Et hæc adeo religiosè obſervata, & ſevere executioni mandata ſunt, ut nec ſenes decrepiti, & lecto affixi licentiam remanendi potuerint obtinere. Præfectus, ſeu Præſes Regni nomine Rovvigni, aliàs Galluuai, omnes hujuſmodi petitiones rejecit declarans, quod, ſi quis eſſet ita ſenectute confectus, ut non poſſet ipſemet ire, eſſet deportandus ad navim. Volebat enim acta illa ad litteram obſervari.

Et quamvis ex conventis in ſtipulatione Pacis Lymericenſis nemo moleſtia afficiendus erat Religionis cauſa, tamen Catholicis ea ſola ratione, quod Catholici eſſent, arma ablata ſunt, prohibiti ſunt, ne ſepeliant mortuos ſuos in monumentis Patrum ſuorum; ne præbeant educationem filiis juxta normam Religio-

nis Catholicæ intra, vel extra Regnum. Si qua fuerint commissa latrocinia in viis publicis interdiu facta à Catholicis resarciendum sit damnum.

Præterea quamvis articulo nono Capitulationis Lymericensis expressis verbis cautum sit, ne quod aliud juramentum præstare cogantur, præter hoc, quod sequitur: *Ego A. B. censere promitto, & juro me fore fidelem, & veram fidelitatem præstiturum Majestatibus Regis Guilielmi, & Reginæ Mariæ, sic me Deus adjuvet*; aliud tamen novum excussum est, quod vulgo *testa* dicitur, his verbis: Ego A. B. juro, & declaro, quod nullus extraneus Princeps, persona, prælatus, status, aut potentatus habeat, aut habere debeat ullam potestatem, superioritatem, jurisdictionem, præeminentiam, aut authoritatem Ecclesiasticam, aut spiritualem in hoc Regno. Sic me Deus adjuvet. Ego A.B. solemniter juro, & sincere coram Deo profiteor, testor, & declaro, me credere, quod in Sacramento Cœnæ Domini nulla sit Transubstantiatio elementorum panis, & vini in Corpus, & Sanguinem Christi, in, aut post consecrationem per quamcunque personam, & quod invocatio Virginis Mariæ, & cujuscunque alterius Sancti, & Sacrificium Missæ prout de facto practicantur

in Ecclesia Romana, sint superstitiosa & "
idololatrica, & solemniter corā Deo pro "
fiteor, & declaro hanc me facere declara- "
tionem, & quamlibet ejus partem in pla- "
no, & obvio sensu verborum, quæ mihi "
prælecta sunt, communiter intelliguntur "
à Protestantibus, absque ulla evasione, "
æquivocatione, aut mentali reservatione "
quacunque, & sine ulla dispensatione an- "
tea mihi in hunc finem concessa per Pa- "
pam, aliamve authoritatem quamcun- "
que; nec me credere, quod sim, aut esse "
possim coram Deo, aut Hominibus liber, "
aut absolutus ab hac declaratione, vel "
ulla ejus parte, etiamsi Papa, vel ulla "
alia persona, aut personæ, vel potestas "
quæcunque dispensaret, aut annullaret "
illam, aut declaret eam fuisse ab initio "
inanem, aut nullam. "

Quisquis renuit hoc juramentum, debet omnes census duplices solvere, hoc est Catholici, qui nolunt Fidem suam abjurare, debent duplo plus solvere, quam Protestantes, nullo officio honorifico in Republica fungi, nec exercere facultatem ullam liberalem, & cum magna difficultate mechanicam.

Alius etiam modus inventus est Catholicis Laïcis plusquam duplicia, quibusdam triplicia vel quadruplicia tributa extorquendi; quotquot sub Rege Jacobo di-

versis muneribus, seu Civilibus, seu militaribus functi sunt, sive eodem, sive diversis temporibus pro singulis separatim taxantur, & quia recusant juramentum prædictum præstare, pro singulis duplo; imo quidam viri Nobiles Ordinis Equestris, qui à Rege Jacobo, cum esset in Hybernia, creati sunt Comites, vel Barones, non solùm censentur ex prioribus muneribus, quæ gesserant, sed etiam, ut Comites, quamvis jam nec titulo illo, nec privilegiis isti dignitati annexis frui permittantur. Hæ, & plures hujusmodi gravissimæ impositiones, & vexationes pactis deditionis penitus contrariæ non paucos jam dudũ primæ, & opulentissimæ nobilitatis viros ad mendicitatem redegerunt, & solum degere, vitam in remotissimis Angliæ, vel Valliæ partibus obscurè transigere coëgerunt. Si singula hujus generis crudelitatis, & exactionis exempla enumerare vellem, brevis narrationis fines transgrederer. Sufficiat, quod nullis verbis exprimi possunt calamitates, & oppressiones, quibus miseri Catholici in Hybernia hodie obruti gemunt. Fas est igitur dicere sine exaggeratione, Patriam illam nostram, quæ olim appellabatur Insula Sanctorum, factam esse infelicissimam totius Orbis Christiani Plagam, speluncam latronum, qui perditis moribus, religione nulla, nulla

Deo, vel Regi servata fide, ibi flagitiosissime vivunt, & dominantur.

Supposita ergo hujus brevissimæ, & simplicis narrationis veritate; quæritur primo, n laudabiliter adhæserunt Hyberni Ecclesiæ Catholicæ Romanæ & Religioni firmiter plantatæ inter illos in mirabilibus magnis per authoritaté Ecclesiæ Primitivæ. iquidem ex nova Reformatione Lutheri, Calvini, & aliorum Sectariorum in Regnis eptemtrionalibus, & aliis partibus quibus prædominatur, tanta multitudo Sectarum orta est, & in dies oriuntur, ut fere tot ensus sint, quot capita; ita ut nunquā fuerit major confusio linguarum in Turre Babilonica, quam confusio Religionis inter illos, qui hanc Reformationem amplexi unt. Et sane usque adeo, quod Religio ersa est in ludibrium inter illos. Quæritur ergo, an Hyberni merentur Christianam compassionem in calamitatibus provenientibus ex sua constantia, & firmitate in Religione Catholica, saltem apud Domesticos Fidei.

Quæritur secundò an rectè adhæserunt Hyberni Serenissimó Regi Jacobo, non obstante quacunque calamitate. Erat enim legitimus illorum Rex facto, & jure per indubitatam successionem Regum Angliæ, Scotiæ, & Hyberniæ, excellentissimis qualitatibus præditus, in gremio Catholicæ

Ecclesiæ collocatus, ardentissime & diu Universæ Ecclesiæ in votis. Præterea solenniter jurejurando obstricti erant exhibere illi subjectionem legitimam, & fidelitatem perpetuam juxta omnia Jura Regalia, quod violare est nefas & iniquitas maxima.

Quæritur tertiò, an prudenter fiduciam conceperunt Hyberni, quod in conclusione Pacis universalis obtinerent saltem libertatem, & liberum exercitium Religionis; esto privetur hæreditatibus, possessionibus, aliis privilegiis, & indultis, quia illud primum obtineri potuit fere unico verbo, quando nulla potuit allegari ratio in contrarium; nam licèt unus vel alius Rex, seu Princeps injustè, & ingratè dereliquisset eos, erant tamen tot Catholicorum Ministri, & Plenipotentiarii Catholicorum Principum, qui norunt populum esse numerosum valde, constantem, & fidelem, & in nulla re culpabilem, nec præjudicium, seu ansam offensionis unquam præbuisse: quapropter obstupescunt, quod ab omnibus sunt derelicti.

Quæritur quartò, an rectè respondetur calumniis, & opprobriis Sectariorum contra Catholicos Hyberniæ per hæc, quæ sequuntur. In primis manifestum est, quod ex præjudicio, & execrabili odio procedunt contra illos. Virtutes eorum silent, & vitia aggravant; si particularis quis deliquerit, vertitur in crimen totius Nationis. Quod

:riptores indifferentes totius Europæ, qui
: Partibus Septemtrionalibus tractarunt,
urima plausibilia recognoverunt in illa
atione, videlicet, constantiam mirabilem
ı Fide, propensionem innatam ad studia
tterarum, & virtutum, quibus in plerisq;
ue temporibus plures Universitates, &
rovincias in exteris Nationibus viris san-
itate, & litteris conspicuis per totam
uropam adornarunt. Item virtute hospi-
litatis, & generositatis plus peccant per
ccessum, quam per defectum usque ad ho-
iernam diem. Ita ut peregrinus, profugus,
el indigens viator universam regionem
ragrare valeat sine sacculo, & sine
era.

Præterea, etsi Catholici Romani illius
egni, quamvis numero excedant Protes-
ntes Anglos, qui ibi plantati sunt fortè
igesies, vix tamen vigesimam partem fruc-
ıs, & pinguedinis terræ obtinent, & ferè
ı initio Schismatis Angliæ, seu tempore
enrici VIII. nullum proventum, seu red-
tum Ecclesiasticum obtinuerunt. Susten-
runt tamen, & manutenuerunt, in media
ıupertate, & oppressione pro Religione
atholica tantum numerum Prælatorum,
cerdotum, & Conventuum Religiosorum
ne proventu, pensione, vel redditu Ec-
esiastico, aut subsidio externo, ut esset
alde sufficiens numerus (imo alias Re-
...

giones ſupplere valebant)ac ſi univerſam terram, ac fructus ejus integre occupaſſent. Et hæc omnia devotione, & gratuita benevolentia Populi. Quod nulla natio unquam ſub Cœlo paralellum exhibuit.

Inventi ſunt ſtrenui, & probatiſſimi milites domi, & foris. Nec facit argumentum in contrarium, quod devicti ſunt in ultimo bello, cum eſſent nudi,& inermes. Fieri enim non poterat,ut Proteſtâtes,reliquaſque uſurpatoris copias æquarent, quod mirum non eſt, cum dudum bonis, & fortunis ſuis exuti, vel ſaltem plurimum imminuti per temporum iniquitatem, & crudelem Cromuelis prioris uſurpatoris tyrannidem, ut jam armis, commeatu, claſſe, munitionibus, reliquiſque omnibus ad exercitum ſuſtentandum neceſſariis deſtituti, coacti ſint tandem ſeſe ſubmittere.Poſſet fieri in laudem illius Nationis immenſus ferè Catalogus virorum ſanctitate, litteris, & fortitudine inſignium, ita ut jure merito poſſent competere, ſervata proportione, cum quacunque alia Natione in Chriſtiano Orbe. Res ipſa loquatur. Sufficiat pro nunc, quod Incolæ fuerint conſtantiſſimi ſemper in Religione Primæva, quod Patria Sanctorum ſit appellata, quod Hæreticis & Sectariis omnibus manifeſto præjudicio, & execrabili odio habentur.

§. Secundus.

§. 2.

QUæritur primò, an probabile sit, quod Rex Angliæ contraxerit fœdus cum Rege Christianissimo clandestinè in detrimentum, & præjudicium aliorum Regum, & Principum Europæ. Ratio dubitandi, quia nulla alia ratio potest assignari pro origine illorum malorum, & quod fuerit derelictus in conclusione Pacis Universalis, & in Majestate ejus omnes Catholici totius ditionis ejus, & quod nullus ferè cogitat de restitutione, satisfactione, vel restauratione ejus. Respondetur negativè. Hoc enim ipso quod fuerit derelictus manifestè convincitur nullam fuisse talem ligam nec publicè, nec privatim. Prætereà acerrimi illius prætensi fœderis assertores jam fateri coguntur per tot effectus, & demonstrationes (ita nec ansa hæsitationis derelicta sit) quod nullum fuit, nec aliam zelotypiæ occasionem obtulit, nisi quod cum neutra parte ligam contrahere renuit, quandoquidem legitima bellandi causa utrinque defuit.

Quæres secundò, supposito quod Rex Angliæ fuerit injustè depositus, & quod Subditi ejus Catholici violenter, & injustè patiuntur; an Prælati, Theologi, Prædicatores, Confessarii, & Spirituales directores Principum, & Populorum, qui habent ju-

risdictionem, & promulgationem Legis Divinæ, & interpretationem ejus, judicium, & administrationem Sacramentorum, & Mysteriorum Dei: *nescitis, quoniam Angelos judicabimus, quantò magis sæcularia* 1. Cor. 6. an possunt tuta conscientia in hoc negotio silere, & non exclamare, & in favorem Justitiæ judicium declarare. Undè ergo provenit, quod hæc omnia alto silentio supprimuntur?

Quæres tertiò, undè oritur, quod omnes Sectarii, & Hæretici, etsi sint inter se semper discordes, & valdè diversi in articulis, principiis, & praxi totius Religionis, servant tamen inter se unionem inviolabilem (& est nervus fortitudinis eorum) quoties de augmento, vel detrimento Catholicæ Religionis agitur. Ex adverso, etsi Catholici habeant Religionem unitissimam, & sibi consentaneam in omnibus articulis, principiis, & praxi, ab Ortu, usque ad Occasum mittentes catervas numerosas Religiosorum, Sacerdotum, Missionariorum quotannis in Asiam, Americam, Indias Orientales, & Insulas Maris, qui profusè sanguinem profundunt pro Fide Christi, & conversione Infidelium; & tamen inter se sunt semper litigantes, bellantes, & nullam unionem habentes, parvipendentes ruinam, & detrimentum Religionis, indè ortum, undè quidquid dispendio sanguinis acquiritur fo-

s, diſcordia eorum perditur domi. Contione namque & diviſione eorum foven-, Turcæ, Schiſmatici, & Hæretici in dies res aſſumunt, & contra Fidem Catholim plurimùm prævalent. Et non mirum, um ita ſe gerunt, ut ſi quis videat incenum domus proximæ, nolit immittere anum, ut extinguatur. Unde juſto Dei dicio pervenit combuſtio in propriam habitationem ejus. Hæc magis ſtupenda, quod mnes Reges, Principes & Rectores Popurum, & ipſi Populi Catholici recognoſnt ſub pœna damnationis ſummam obedientiam Pontifici Romano Vicario Chrii, & ſancti Petri Succeſſori.

Quæres quartò, utrum omnes Principes hriſtiani, & Catholici non ſolùm, qui nſam huic torrenti præbuerunt, ſed etiam uicunque unctione legitima delibuti Jure ivino & Humano huic procellæ ſe ſe obcere, damnumque reſarcire tenentur. Eſt nim patens oſtium, & aperta janua ad opreſſionem Regum, & Principum, ad rebelonem ſubditorum, ad contemptum, & viotionem Legum, ad fatalem Populorum onfuſionem, & conſequenter ad manifeam Tyrannidem. Quod enim nobis fieri olumus, nec aliis facere, nec fieri conſenre debemus. Etenim, ſi Principes ſibi utuò non ſuccurrant, violentia, & uſurpao prævalebit, tranquillitas publica cor-

ruet & majeſtas Regum evaneſcet.

Quæres quintò, an ratio ſuperioris ordinis à jure Divino deſumpta in negotio Regis Angliæ vehementer urget. Conſtat enim luce clarius Jacobum II. ob Fidei Catholicæ Profeſſionem, & non aliam ob cauſam, Solio expulſum, & Subditos in debita obedientia fuiſſe manſuros, non obſtante ejus pro Catholica Religione zelo, ſi fœdus Catholicorum Principum cum Proteſtantibus non interveniſſet. Porro illi nemo Subditorum auſus eſt obſiſtere, quando per ſuum zelum, facundiam, & authoritatem Duciſſam Evoracenſem priùs, & Carolum II. ad gremium Catholicæ Eccleſiæ reduxit, & quandò poſt obitum Caroli II. piæ memoriæ intrepidè aſcendit thronum Regni, non obſtante conſpiratione Parlamenti totius Angliæ tenti, & habiti Ocſoniæ pro *billa* & Decreto excluſionis contra ipſum à Jure hæreditario, & Regia ſucceſſione. Item quando in medio, & in conſpectu illorum glorioſè, & magnificè aſcendit in templum Domini, & adſtitit celebrationi, & communioni Sacræ Sinaxis juxta ritum ſanctæ Romanæ Eccleſiæ. Quando primo congreſſu profligavit Ducem de Montmouth, exercitum ejus diſſipavit, & ipſum Ducem juridicè decollavit. Adeò ſapienter ſe geſſit, quod nulli Subditorum violentiam attulerit; imò juxta ſententiam

Juridicam duodecim Judicum ex præscriptione Legum Fundamentalium Regni cum omnibus processit. Nullus unquam Princeps prudentiùs sedavit & fortiùs refrænavit violentiam, & furorem indomitæ Plebis Anglorum, quàm ipse antè, & postquam Regni sceptrum suscepit, usque ad Fœdus Catholicorum cum Protestantibus, & post expulsionem ejus à sceptro, & throno nullus Princeps in Orbe Terrarum cum majori tolerantia, & conformitate, & resignatione calamitates sustinuit.

§. 3.

QUantùm ad progressum peregrinationis meæ, egressus ex Hibernia post conflictum Controversiarum cum Hæreticis Ministellis, appuli in Oppidum Maritimum Provinciæ Asturianæ in Hispania. Indè recto tramite perrexi Matritum, ubi perveni ad pedes Catholicæ Majestatis. Primus omnium exponens querelam lacrymabilem de sævitia præsentis persecutionis, exterminio Religionis, & Patriæ, & implorans patrocinium, seu intercessionem suæ Catholicæ Majestatis pro Populo, ut non extinguatur penitus scintilla Religionis eorum tam fortiter à multis sæculis aliquando etiam pretio sanguinis præservata. Plures rationes & motiva oretenus, & scriptis allegavi, un-

de specialiter incumberet suæ Catholicæ Majestati præ Regibus Terræ dare manum pro præservatione illius Populi, & Religionis eorum; non solùm quia antiquitùs descendentes ex Hispania (nam sobole Hispanorum se multùm gloriantur) sed quod sit debitum protractum à suis gloriosis Progenitoribus. Porrò Carolus V. Philippus II. & IV. manum dederunt, protectionem, & patrocinium Hybernorum summoperè susceperunt, ut in Chronicis, & Historiis eorum dilucidè adnotatur. Prætereà quod Liga fuerit communis Catholicorum Principum cum Protestantibus, in cujus consequentiam elevatus est Princeps Auriacus ad thronos Regnorum illorum, & præservatus in illis. Insuper quod sua Catholica Majestas habeat jus optimum intercedendi pro Catholicis Romanis illorum Regnorum, & efficaciter obtinendi, si non abrogationem Legum illis adversantium, saltem suspensionem executionis, & levamen præsentis persecutionis eo quod in suis Regnis, & amplissimis dominiis tolerantur Protestantes sinè molestia cum exercitio Religionis eorum, agere commercia, & deferre immensos thesauros Regnorum ad suas respectivè regiones Hæc insinuavi coram sua Catholica Majestate in mærore animi, & accessi ad quemlibet ex Consiliariis, qui à sanctiori Consilio Regi adstant implorans clemen-

ſtiam, & compaſſionem illorum in hoc negotio. Hac diligentia peracta.

Ad Supremæ Inquiſitionis Inquiſitorem Generalem pro Regnis Hiſpaniarum me verti. Enixis precibus ſuam Excellentiam rogans, ut ſuis auſpiciis meam petitionem promoveret, & eò magis, quod ad ſuum Tribunal ſummoperè ſpectat Fidem Catholicam protegere, & damna Catholicorum pro Fide perpeſſa, quantùm fieri poteſt, reſarcire; quandoquidem ejus inſtitutum, & maximum officium eſt expurgare vetus fermentum Judaicæ, & Hæreticæ pravitatis, Fautores, & Promotores ejus ad azymos ſinceritatis, & veritatis Catholicæ Religionis compellere. Quod nos propter Fidem Catholicam ſupra modum patimur, & cum nemo à Tribunali Inquiſitionis in partibus, quibus prædominatur, ſibi exemptionem vendicat, obligatio incumbit, & operæ pretium eſt, ut hæc negotia introſpiceret.

Tunc interrogavit me Graviſſimus ille, ac Religioſiſſimus Prælatus, unde, & quomodò ſpectet ad Juriſdictionem Supremæ Inquiſitionis de hiſce negotiis agere, præſertim quando omnia perpetrata ſunt ab Hæreticis, qui ſunt extra limites, & Juriſdictionem ſanctæ Inquiſitionis, utpotè aliorum Regnorum, ubi Inquiſitio non viget.

Ego verò juxta exiguitatem meam reſponſum adhibui, quod nullum Catholicorum

tanti ſceleris accuſarem ; cæterùm quod me obligatum invenio , ut dicam ſuæ Excellentiæ, & Univerſæ Eccleſiæ, quæ vidimus, audivimus, & ferè manibus noſtris pertrectavimus de origine noſtrorum malorum ; nimirùm quod Proteſtantes Regnorum Magnæ Britanniæ, & etiam Hyberniæ adversùs ſuum Regem legitimum , nulla alia de cauſa , niſi quod ſit Catholicus Romanus , inſurrexerunt , & Principem Auriacum ad Angliam invadendam , & Coronam uſurpandam invitaverant ; quod hæc exequi non poterant uſque dum plures *Catholici Miniſtri Principum, Conſiliarii , & Legati colligati ſunt cum illis*, contribuerunt , & cooperati ſunt ſpoliationem Regis Magnæ Britanniæ Sceptro , & Throno , everſionem Regni ejus , & conſequenter perſecutiones, exterminium Religionis , & clades Catholicorum impedientes converſionem multorum Regnorum ad Fidem Catholicam, elevantes Principem Hæreticum patronum , & protectorem maximum Sectarum totius Europæ , & conſequenter principaliſſimum adverſarium Eccleſiæ Dei ad thronos illorum Regnorum, & ad uſurpandum titulum glorioſum Defenſoris Fidei Divinæ. Et hæc omnia ſine cauſa præter ſuggeſtionem malitioſam , & rumores falſos ſparſos per Principem Orangiæ de quodam imaginario fœdere inter Regem Angliæ , & Regem Chriſtianiſſimum , quod Univerſo Or-

bi constat nullum fuisse. Quod hæc omnia alto silentio tolerantur, & dissimulatione teguntur in scandalum, & detrimentum manifestum totius Ecclesiæ. Igitur cum Monarchia Hispanica sit amplissima, & extensa usque ad terminos Terræ, & Jurisdictio Suæ Excellentiæ sit in omnibus partibus ejus, sedulò circumspicere debeat, ne talis, & tanta injustitia directè, vel indirectè limites ejus pertingat. Quod summoperè cavendum est, ne dicat Turca, vel Gentilis, Hæreticus, & Schismaticus, quod nostra Lex Christiana, & Catholica Religio facta sit pedissequa, famula, & subjecta rationibus Politicis Status Humani: quod etsi clamamus judicium, & justitiam, pietatem, & Religionem per vicos, & plateas, plures tamen ex Professoribus ejus utuntur ea ut pallio vetustatis, & cooperto-rio iniquitatis, & nequitiæ. Quantùm ad me spectat, Dominus à dextris est mihi, ne commovear propter iniquam administrationem administrantium; candor enim, & sinceritas Christianæ Legis & Catholicæ Religionis mihi liquidò constant. Novi tamen non sine tristitia magna, & dolore cordis mei, quod multorum pedes moti sunt, & pene effusi sunt gressus eorum in illis Regionibus per hoc spectaculum, de quo agitur. Multi defecerunt à Fide, plures vacillaverunt, & reliqui plurimùm conturbantur. Hæc locutus sum coram illo gravissimo, & religiosissi-

mo Prælato Archiepiscopo Valentino, ex quibus contristatus est, & condoluit, deditque mihi litteras commendatitias ad Principes, & Prælatos ut Romam pergerem.

Sanctus ille, & piissimus Rex Catholicus se compassione affectum monstravit, & consilio habito præcepit plures epistolas transmitti suo nomine ad varios Principes, & ministros, ad ipsum Principem Auriacum, & ad Ducem Bavariæ, ut ex sua parte ageret cum illo in favorem Catholicorum Hyberniæ. Quibus transmissis transmigravi in Regnum Lusitaniæ, & coram Rege illius regni eandem querelam exposui orans, ut Sua Majestas Lusitanica suam authoritatem, & intercessionem interponeret cum Principe Auriaco in levamen Catholicorum.

Ipse Rex bona verba quidem dedit, & condolebat promittens se agere pro Catholicis illius Regni cum Principe Auriaco, ad quem finem remisit varias epistolas ad suos Ministros in Anglia, & Hollandia. His non obstantibus, & pluribus instantiis postea factis ab aliis Ecclesiasticis, persecutio, & oppressio contra Catholicos Hyberniæ: & aliorum Regnorum Magnæ Britanniæ constanter, & sine ulla suspensione sævit, ita ut plures, qui tempore opportuno fugam non captabant, necessitate compulsi in dies prævaricantur, & Fidem Catholicam abjurare coguntur.

Ex Lusitania in Galliam tran fretavi, & recto tramite perrexi in Curiam patientissimi Regis Angliæ, ibique ferè per unum mensem commoratus summoperè ædificatus sum per vitam exemplarissimam Regis, & Reginæ, & totius Familiæ Regiæ. Inde peragravi in Italiam, ubi adstiti celebrationi Capituli Generalis nostri Ordinis in Civitate Bononiensi. Lamentum, & causam doloris mei cum Fratribus meis repetebam, ut ad omnes Regiones Christiani Orbis deferant, inde si fortè Reges, Principes, & Rectores Populorum, qui Religionem Catholicam fovere tenentur, aperiant oculos, percipiant, & videant damnosam hujus nostræ desolationis sequelam. In universo itinere coram pluribus gravamen meum non tacebam. Aliquos condolentes inveni; alios quidem nimis partiales, passioni deditos, qui nec vortices, nec latices rerum, principium, nec finem considerant, asserebant omnia Justitia facta fuisse, etiamsi inde evidenter sequatur unam turmam Christianorum perire, ut altera pro tempore præservaretur, etiamsi Hæresis exaltetur, & Fides Divina sit suppressa.

Lectoris tædio parcens hîc prætermitto tempestates Maris, pericula, labores, & miserias, quas in mea peregrinatione sum passus. Tandem Romam perveni, ibique osculatus Pedes Suæ Sanctitatis. Fideliter retuli statum Religionis, & oppressionem Catholi-

corum in mea Patria, nec non meam apprehensionem de fatali sequela tantorum malorum, si misericordia Dei, prudentia, & summa authoritas Suæ Sanctitatis non præveniat. Nec aliud subsidium à Sua Sanctitate desideravi, nisi quod continetur in sequenti memoriali, quod hic fideliter, & ad pedem litteræ insero, quia spectat ad integritatem mei Itinerarii

Sanctissimo Patri, ac Domino nostro Summo Pontifici, Patri Universali Omnium Fidelium Memoriale

Fratris Bernardi Kenedii Ordinis Eremitarum Sancti Patris Augustini, & Sac. Theol. Doctoris.

Sanctissime Pater.

Egressus ex Regno Hyberniæ, sæviente persecutione, non ob timorem Persecutoris; sed in favorem Populi perrexi in Hispaniam, exindè in Lusitaniam, & Galliam: perveni in Italiam ad Pedes Sanctitatis Tuæ. Obtinui litteras Regum, & Principum in levamen Catholicorum, navans operam, ut non extinguatur scintilla Religionis Catholicæ in illis Regionibus; ad quem finem suppliciter, & humillimè precor, & obsecro Tuam Sanctitatem, ut examinentur Testimonia authentica de laboribus meis, & fructibus eorum in propagationem, & propugnationem Fidei Catholicæ per plures annos in illis Regioni-

bus, ut perindè Sanctitas Tua benedictionem suam, & Missionem Apostolicam mihi, & uni Socio meo (qui eodem zelo, & resolutione est affectus) redeundi ad illas Partes elargiri dignetur, ut indifferenter inservire valeamus in quacumque Regione ditionis Magnæ Britanniæ juxta congruentias temporum (*cum persequuntur Vos in una Civitate, fugite in aliam.*) Populus multus est, & valdè bonus: *parvuli petierunt panem, & non est, qui frangeret eis.* Qua gratia clementer concessa, oretenus proponam aliquod remedium multorum malorum, quæ evenerunt (mihi videri) salubre, honorificum, & justum Universæ Ecclesiæ: posteà in nomine Domini pergemus, & pro tua Sanctitate semper orabimus.

Postquam hoc memoriale porrexerim, interrogatus à sua Sanctitate de quibusdam circumstantiis meæ peregrinationis, & petitionis, de quibus non opus est mentionem facere, remisit me ad Illustrissimum & Reverendissimum Dominum Fabronem, quem ad se pro expeditione petitionis meæ vocavit, quam hucusque non obtinui; sed spero, & patienter ago.

Hæc dubiosa, quæ in calce hujus libelli propono non sunt mea, licet aliundè mea; quidquid enim in illis protuli, agitatum inveni inter Populos, & Nationes per quas transivi, & cum quibus sum conversatus. Siquid tamen imprudenter prolatum est, peni-

tùs deleatur, & sit excusabile per hoc, quod *zelus Domus tua comedit me*, *& opprobria exprobrantium tibi ceciderunt super me.* De reliquo omnia, quæ in hoc libello continentur sanctæ Matris Ecclesiæ correctioni humillimè subjicio.

FINIS.

ADmodum Reverende Pater D. Placidus de Servilianis Ordinis Calestinorum complaceat legere exactè, & diligenter presentem Operam, cui titulus est Clypeus Exulis, *seu* Dissertatio Theologica, Juridica, & Historica *A. R.P. M. Bernardi Kenedii Ordinis Eremitarum S. Augustini, & Sacra Theologia Doctoris, & recognoscere an in ea adsit aliquid S. Fidei orthodoxa adversum, & bonis moribus absonum, & referat. Datum die* 17. *Novembr.* 1699.
NICOLAUS DE CASTELLANIS *Vic. Gen.*

ATtentè legi & diligenter inspexi si quid contra fidem Catholicam, vel Bonos Mores in hoc opere cui titulus est *Clypeus Exulis, seu Dissertatio Theologica, Juridica, & Historica* A. R. P. M. Bernardi Kenedii, Ordinis Eremitarum S. Augustini, &c. nihilque adverti quod emendari indigeat, & omnia consona esse Catholicæ veritati & fidei.
Ego P. PLACIDUS SERVILIANUS, *Celestinus.*

Impr. N. DE CASTTELLANIS *Vic. Gen.* 1699.

CLYPEUS EXULIS.

TERTIA PARS DISSERTATIONIS THEOLOGICÆ, JURIDICÆ ET HISTORICÆ.

DIVIDITUR in duas sectiones 1. erit apologetica seu accuratior ventilatio de quibusdam interrogatiunculis positis 2. parte Dissertationis, sectione 2. §. 2.

Secunda erit de variis spectantibus ad supplementum totius dissertationis.

Ponitur Epistola quædam Reverendi Patris Magistri Antonij Caroll, Ordinis Sancti Dominici & Rectoris Collegij Hybernorum Ulyssiponensis: ut ratio scribendi hanc tertiam partem.

1. Reverende Admodum Pater Magister Provincialis, Domine observandissime, tristitia cordis mei & nimius dolor de exterminio Religionis in Patria, nec non de ipsius Patriæ ultima desolatione ex absentia tuæ Paternitatis, dulcis & doctæ suæ conversationis privatione magnopere evenit, in hac igitur afflictione positus aliquod levamen suspiro, vel solatium per notitiam de tua

incolumitate in longa & periculosa peregrinatione. In urbe, sicut semper de variis agitur, sed quantum huc usque innotescit, nostra consolatio omittitur. Igitur soli Deo relinquimur. De quodam detractore qui malignis verbis garriebat, dicens Paternitatem tuam aliquas Personas supremæ auctoritatis pungentibus aculeis pupugisse: male sentitur præsertim à nobis qui præclarum tuum genium, & ardentem pro Justitia & Religione zelum agnovimus, etenim soliditas & evidentia Justissimæ causæ quam suscepisti, nec non tua merita malignos ejus morsus longè late superant Vale in Christo Reverende & Eximie Pater sicut optat Amicus tuus fidelis & servus humilis Frater Antonius Caroll. datum Romæ Decembtis 28. 1699.

Responsum superioris Epistolæ.

1. Reverende admodum, & mihi semper venerande Pater litteras tuas Romæ datas recepi in oppido Emporij de tua valetudine lætus, sed eadem tristitiæ, ac dolore de quo quereris contabescens. *Adhærere Deo bonum est.* Spiritus quidem promptus, caro autem infirma. Persecutionem patimur propter justitiam, de hoc dubitare non possumus: at valde timendum ne nostra miseria in impatientiam propellente meritum totius operis corruat. Spem nostram reponere debemus

in Largitore omnium gratiarum, quod proventum faciet cum tentationibus nostris ne succumbamus.

Calumniam seu sinistram interpretationem illius Doctoris seu viri ignari sub pallio Doctoris, & astuti sub titulo prudentiæ flocci facio; calumniatus est enim de quibusdam interrogatiunculis, de quibus dubiolis in ultima audientia coram sua sanctitate summum Pontificem interrogavi mense octobri anno. 1699. videlicet an solemnis Concionator Evangelicus auctoritate Ecclesiastica & Apostolica approbatus, & qui sit Magister in Israël in publico prædicamento viri Docti (saltem quoad sufficientiam, exclamare, concionari, scribere, pro viribus agere tenetur contra publicam injustitiam, & manifestam iniquitatem præsertim quoties fuerit in scandalum, & detrimentum totius Ecclesiæ.) Juxta commissionem amplissimam à Deo Concionatoribus concessam Isaiæ cap. 58. *clama ne cesses quasi tuba exalta vocem tuam & annuntia populo meo scelera eorum & Domui Jacob peccata eorum.* Qui textus nullam exceptionem, distinctionem, vel respectum Personarum involvit, Summus Pontifex aliter respondere nequit. (Si non manifestè auctoritati Divinæ contradiceret) nisi quod tenetur sic concionari, absque dubio de reliquo respondit quod consuleret viros prudentes Consiliarios suos de alijs rebus à me

propositis. Illud tamen dubium in particulari indubitanter ita resolvit, hæc coram Deo scribo & non mentior; reliqua omnia dubiola quæ sunt materia reflexionis illius Doctoris ab hoc unice sic resoluto dependent, & manifeste patebit ex infra dicendis interim maneo Emporii sexto Januarii anno 1700. Paternitatis tuæ Amicus fidelissimus

F. BERNARDUS KENEDIJ.

SECTIO PRIMA.

§. 1.

De Apparatu pro dicendis in sequentibus.

3. FIlii Matris meæ pugnaverunt contra me *Cant.* cap. 1. Errores, Hæreses, Bella, Clades, oppressiones, & innumerabiles persecutiones exortæ sunt contra Religionem Christianam, & verum Deitatis cultum ab exordio nascentis Ecclesiæ, tam in veteri, quàm in novo Testamento: ita ut sæpe sæpius arca Noë & navis Petri operiretur Fluctibus semper agitata, sed nunquam penitus submersa, hæc est constitutio Altissimi qui sic ludit in orbe terrarum. Reprobi in Ecclesia militante sunt inter medios electos profecto non sine causa, nam, ut ait Sanctus Pater Augustinus, omnis malus aut ideo vivit ut corrigatur, aut per eum bonus exerceatur; etenim per oppressiones quæ cau-

santur à Reprobis oportet electos intrare in Regnum Dei; præterea cum superbia seu inordinata sexaltationis ambitio fuerit origo omnium malorum, rectus ordo requirebat ut augmentum & exaltatio Ecclesiæ oriatur ex perpetua humiliatione; unde Propheta Regius, *Bonum mihi quia humiliasti me, ut dicam Justificationes tuas*: Adversitates ergo, Hereses, bella & persecutiones potius in augmentum & profectum quàm in detrimentum Ecclesiæ advenerunt, quanta magnalia & arcana apparuerunt in Ægypto & in mari Rubro interveniente persecutione Pharaonis contra Ecclesiam? quam eximium & incomprehensibile opus factum est mediante persecutione Judæorum contra Christum, & nascentem Ecclesiam novi Testamenti: unde mirificè propalavit Deus sapientiam, potentiam, misericordiam, & justitiam suam, in gloriam Dei, thesaurum Ecclesiæ & gaudium Justorum, quod David indicare videtur: misericordia & veritas obviaverunt sibi, Justitia & pax osculatæ sunt. Porro quacumque tempestate ingruente contra Ecclesiam providit Deus viros excellentes omni virtute & zelo honoris Dei & decoris domus ejus præditos in propugnationem ejus. Prætermissa multitudine immensâ Patriarcharum, Prophetarum & insignium Virorum in lege naturæ & veteri Testamento, quorum laudi-

bus Sacræ Scripturæ sunt refertissimæ: Transmissis etiam Apostolis & discipulis eorum immediatis primitias Spiritus habentibus qui alligaverunt Reges eorum in compedibus, & nobiles eorum in manicis ferreis. Quid non fecerunt Athanasius Ambrosius, Hyeronymus, Augustinus, Sancti Patres & sequaces eorum sine numero contra Arrianam, Pelagianam & contra omnes hæreses & errores qui fuerunt vel supervenire possunt usque ad finem. Occasione Hæreticorum constituerunt armamentaria & propugnacula Ecclesiæ insuperabilia.

4. Quantum ad Hæreticos hujus infelicissimi temporis quantumcumque inficiant aliquas Regiones secantes illos de latere Ecclesiæ in pœnam nostrorum peccatorum, occasione tamen illorum plurima bona Corpori mystico accreverunt, nimirum excitatio à somno lethargico, vigilantia, solertia, studium omnium virtutum & doctrinæ, ubi namque non timetur reprehensor, iniquitas licentius perpetratur, quapropter juxta præsentem statum militantis Ecclesiæ oportet & hæreses esse. 1. cor. cap. 11.

Quantum ad multitudinem eorum qui prævaricantur & per viam perditionis incedunt, de illis rationem reddere exactè non tenemur, si modo prævaricatio & perditio eorum non proveniat ex corruptela & negligentia nostra, quod si provenerit dum alijs

ſalubriter prædicamus, ipſi in gremio Eccleſiæ reprobi efficimur, certum eſt quod ſtultorum infinitus eſt numerus, & arcta eſt via quæ ducit ad vitam & pauci intrabunt in eam, licèt tamen plures damnantur quam ſalvantur, nihilominus habebit Deus finem ſuum principalem totius creationis, nimirum manifeſtationem attributorum Dei, etenim in damnatione reprobi manifeſtat potentiam & juſtitiam ſicut in prædeſtinatione electi miſericordiam, bonitatem & potentiam, quidquid etiam ſpectat ad finem minus principalem, videlicet: ſalvationem hominum, qui poteſt capere capiat, non eſt iniquitas in Deo; & tamen, ut ait Auguſtinus qui creavit te ſine te, non ſalvabit te ſine te. Quantum ad perſecutiones Tyrannorum, clades Neronis, Diocletiani, & aliorum in quibuſcumque partibus mundi contra Eccleſiam ſummoperè conduxerunt in finem bonum; plurima namque bona ex illis reſultarunt, videlicet expiationes peccatorum, executio Divinæ juſtitiæ exercitatio electorum, unde incolæ Cœlorum multiplicati ſunt ſupra modum, ex quo tranſiit illud in adagium, ſanguis martyrum ſemen Chryſtianorum quod etiam Evangelium manifeſtè indicat niſi granum frumenti cadens in terram, &c.

5. His lato calamo attactis altera perſecutionis ſpecies contra Eccleſiam Dei manet:

longe majoris periculi & perditionis quàm præpositæ: immo ita reliquas excedit ut omnia genimina virtutum funditus eradicaret, si ratio æterni testamenti in verbo fideijussoris nobis concessi, non obstitisset. Nescio quâ specie vel titulo persecutio hæc exprimi debet: est enim monstrum, horrendum, informe, ingens cui lumen ademptum; causat nempe cæcitatem & torpedinem, ita ut homo sopitus imminentem ruinam evitare nec percipere valeat. De infectione ejus conqueritur Deus per Prophetam Jeremiæ cap. 8. Dicens nunquid Resina non est in Galaad, aut medicus non est ibi, quare igitur non est obducta cicatrix filiæ populi mei. Respondet Propheta Isaiæ 56. Prophetæ tui Israel facti sunt canes muti non valentes latrare. De hac pestilentia etiam videtur conqueri Isaiæ c.38. In pace amaritudo mea amarissima nullum ergo flagellum huic pestilentiæ æquiparatur. Reliqua omnia ordinantur & tendunt in finem bonum: iram Dei leniunt; hæc autem peccata nutrit, peccatores allicit, & iram Dei provocat.

Regna & Imperia Orientalia simul cum Africa abscissa sunt à latere Ecclesiæ & tradita sunt in iniquitatibus nostris Mahometanis & Infidelibus; postquam generationes præteritæ & Patres nostri pretio sanguinis omnes illas nationes ad fidem Christi converterunt. Universa Christi Ecclesia redacta est

ad plagam Occidentalem Europæ & profecto nec etiam quarta pars plagæ Septentrionalis ab infectione Hæreticorum nobis libera manet. Remansit quidem scintilla religionis in aliquibus partibus ditionis Regis Magnæ Britanniæ, maxime in Regno Hiberniæ usque ad præsentem tempestatem & tyrannidem; nunc verò penitus extinguitur; non tantum ex oppressione Hæreticorum quantum ex conniventia, imo expresso consensu Catholicorum; accedente socordia & silentio Ecclesiasticorum. Pergimus ergo recto tramite ad perdendas paucas regiones quas adhuc possidemus in Occidentali plaga Europæ. Porro de medio sublato Christianissimo Rege (quod Deus avertat) sicut Hæretici viribus & posse conabantur, cito percurrerent reliquas regiones nostras, nec ulla est potestas humana Catholicorum qua posset resistere illis. Oporteret ergo quantocius transferre Cathedram Divi Petri & Purpuram nostram in Indias Occidentales & tamen de his omnibus propter prædictam pestilentiam nemo cogitat.

6. Nec valet si dicas nos habere Prælatos & Prædicatores constitutos ubique locorum in Ecclesia qui pervigilant reddituri rationem de animabus nostris. Concionantur, arguunt, obsecrant, increpant, administrant Sacramenta, & Ritus Ecclesiæ juxta vocationes & officia eorum respective, hoc inquam non valet. Evidens enim est quod etsi fiant

conciones Evangelicæ frequentissimæ a
pulum inertem & plebem, Reges tamen,
cipes, Rectores Populorum, Prælati &
gistratus eximuntur. De his ergo sileat
cionator sub pœna suspensionis, incarce
nis, exilii, vel forte condemnationis a
remes in aliquibus partibus: quantum
que iniquitas eorum usque ad Cælum cl
Inveniatur ergo modus restitutionis d
obolorum quia non dimittitur peccatur
nec restituatur ablatum. At verò de per
ne & clade Populorum, eversione R
rum, nec verbum quidem. Hinc corrum
Populus Christianus quia Regis ad exem
totus componitur orbis. Ubi ergo nc
metur reprehensor iniquitas licentius p
tratur. Vilescit ergo reprehensio apud
cipem, relinquuntur ergo Reges & Prir
soli Deo reprehendendi, sed Deus hisce
poribus oretenus non loquitur. Sem
quutus est Deus *Psal.* 61. Sed Propheta
quod duo audivit. Primum: locutus
mel legem vitæ & disciplinæ. Secundu
potestatem loquitur: id est per flagell
dens in reprobum sensum, in manus i
corum &c. Sicut Superius. Ecce quomo
resina in Galaad & Medicus est ibi; & i
non est abducta cicatrix Populi Ecce

ctè ad propositum sanctus Pater Augustinus in regula, *si frater tuus vulnus habet in corpore quod velit occultare dum timet secari, nonne crudeliter à te sileretur & misericorditer indicaretur ne contagione pestifera plurimos perdat.*

7. Quidam Historicus lepidè tradit de Imperatore Turcarum, ad cujus tribunal stetit quidam Missionarius Apostolicus accusatus & convictus crimine Læsæ Majestatis, quod disseminasset Evangelium in ditione ejus: interrogatus cur ita fecisset, respondit confidenter se functum esse munere Apostolico prædicandi Evangelium, in cujus Propagationem martyrium subire non dubitaret: Imperator verò arguit eum stultitiæ & ineptiæ dicens; tu habes incendium perpetuum, divisiones, & dissentiones, injustitias, rapinas, & iniquitates multas inter Principes & Populos Christianos; quando hæc maledicta non compescis in domo tua per prædicationem Evangelii, quare speras conversionem nostram? Præterea vis me tibi constituere lanionem: nolo pro hac vice fieri tibi lanio; Sperno tamen prædicationem tuam & Religionem quæ tot conflagrationes admittit, unde ut hominem pestiferum te relegamus ex finibus nostris; quod si martyrium ambis perge ad Principes Religionis tuæ, Ecclesiasticos, & sæculares, & prædica illis veritatem, & absque dubio martyrio te consecra-

bunt ; si autem converteris illos quod non spero, redeas ad nos, & vel convertemur ad Prædicationem tuam, vel saltem tibi martyrium subministrabimus ; interim scopum inordinatum assumpsisti persuadendi nobis Religionem Christianam ; quandoquidem evidenter sub umbra illius omnem iniquitatem protegitis.

Ad Prælatos & Prædicatores Ecclesiæ spectat ex parte Dei se opponere omni torrenti iniquitatis arguendo, obsecrando, & increpando, in omni patientia & doctrina & quantumvis opus sit, ut semper invigilent reddituri rationem pro anima cujuslibet particularis ; forma tamen & modus arguendi requirit ut argumentum ab universalibus semper incipiat : ex particularibus etenim nihil concluditur; quapropter conciones, & increpationes quæ fiunt ad particulares qui sunt collectiones singularium, fiunt infructuosæ & inutiles cum secluduntur Rectores, Principes, & Magistratus Populorum porro se habent ut principia communia, & influxus eorum in Populum ut influxus Principii universalis in conclusionem & quantumvis ordo naturæ & gratiæ à minimis & inferioribus exordium sumit in ædificationem; setus tamen in dissolvendo fasciculos iniquitatis; à maximis enim incipiendum est. Bonum est ut lex & spiritualis Director cogat Socratem ad resarciendum damnum directè vel indirectè alla-

tum Platoni. Sed hoc facile consequetur, si viderit Socrates executionem legis contra Principes & Magnates qua cogerentur resarcire damna allata Regnis, Regionibus & Provinciis. Quis enim inferior videns Ambrosium prohibentem ingressum Ecclesiæ Augustissimo Imperatori pro injusta cæde Thessalonicæ non sibi formidaret & omne damnum quantocius resarciat.

Forte Monoculus ille Romanus censorie judicabit hæc nos proferre ex amaritudine animi propter expulsionem Regis Angliæ, oppressionem Catholicorum, exterminium Religionis in patria, & proprium exilium, qua propter concludet testimonium nostrum utpote in propria causa non esse legale.

8. Ad hanc ergo censoriam lancem respondens, ingenuè fateor hæc omnia me compulisse, ut diligenter investigarem Principium & originem nostrorum malorum; ut si forte inde aliquod levamen expectandum foret, propter quam causam meliorem partem Europæ peragravi inter miserias & ærumnas, ut fusius in secunda parte hujus libelli retuli: vexatio dat intellectum. Consideravi, & serio matureque deliberavi, imo consului Doctores, viros eminentes & Prælatos de his omnibus: nullam aliam causam inveni nec quidquam his contrarium investigavi, nisi quod veritas odium parit: quam & ille etiam Monoculus pungentem aculeum appellavit,

hoc tamen non obstante testimonium meum ut legale aut Canonicum non infero nisi in quantum evidens materia facti, clara demonstratio, Scriptura Canonica, auctoritas, vel exempla sanctorum Patrum manifestant. De probabilibus enim nihil positivè proponimus; sed si quid probabile ullatenus inquisitivè tantum. Sit ergo

§. II.

De usu probabilitatis.

9. IN hac controversia de Principio universali agitur ex quo innumerabilium operum libertas, inhibitio, innocentia, aut culpa dependent. Jure ergo merito præ cæteris controversiis moralibus in hac dicitur quam maxime & verissime agi causa honoris Dei, integritatis conscientiæ, rectitudinis operum, salutis animarum, & quod gravissimum est contra licentiam voluntatis, humanæ ejusque cupiditates & commoda.

Noto primo opinionem probabilem esse cognitionem incertam seu dubiam, videlicet cum formidine alterius partis. Noto secundo omnem opinionem hoc ipso quod opinio sit esse probabilem: si enim non esset probabilis neque opinio, sed error, conjectura vel fides humana diceretur.

Noto tertio aliam esse probabilitatem in-

trinsecam, aliam extrinsecam. Probabilitas extrinseca sumitur penes auctoritatem docentium, seu dicentium; per se solam sine probabilitate intrinseca fidem humanam tantum fundat; potest tamen una opinio esse probabilior alia, & propter graviora motiva, & propter majorem, vel minorem auctoritatem vel numerum Doctorum qui eam propugnant. Probabilitas intrinseca sumitur penes connexionem conclusionis cum præmissis, unde quo magis connexa eo intrinsecè probabilior.

Noto quarto opinionem probabilem in tota sua latitudine esse contrariam certitudini morali, eo quod opinio probabilis formidinem alterius partis essentialiter importet; certitudo ut moralis omnem excludit formidinem: nam talis est ut contrarie oppositum vel nullam vel levem habet rationem. In hac ergo controversia duæ sunt sententiæ ex diametro oppositæ. Prima asserit opinionem probabilem posse sequi in actibus humanis sine scrupulo peccati. Ita Suarez, Sanchez, Villalobos, & plures alii. Secunda sententia docet non licere sequi opinionem probabilem sed insuper requiri certitudinem moralem, quæ formidinem & dubium de peccato excludat. Hæc secunda Sententia sit nostra conclusio.

10. Probatur primo, ex sacra Scriptura. Ecclesiastici capite 37. ante omnia opera

verbum verax præcedat te & consilium stabile. Item in Psalmo 118. ne auferas de ore meo verbum veritatis usquequaque. Sed dictamen rationis ex motivo probabile non est verbum verax & consilium stabile. Ergo non est illud quod debet præcedere omne opus. Probatur minor. Quia opinio est contingens ad verum & falsum: ergo tam ipsa quam dictamen super eam fundatum non est verbum verax, nec consilium stabile. Item Ecclesiastici cap.32. vir Consilii non disperdet intelligentiam; alienus & superbus non pertimescet timorem. Sed periculum est in opinione mere probabili; ergo non sufficit ad directionem dictaminis rectæ rationis in actibus humanis juxta exigentiam Scripturarum.

Probatur secundo, ex Parabola de virginibus Matthæi 24. Virgines fatuæ opinantes probabiliter sponsum venturum de die, vel quod habituræ essent spatium temporis ad emendum non sumpserunt oleum secum, prudentes vero non exposuerunt se periculo sumentes oleum secum. Item fatuis prudenter responderunt ne forte non sufficiat nobis & vobis, li *forte* denotat probabilitatem: sed noluerunt se exponere periculo probabilitatis ideo prudentes in Evangelio.

Tertia probatio sumitur ex Genesis c.27. ubi Jacob nolebat acquiescere consilio Matris dicens: timeo ne Pater meus putet me sibi voluisse illudere & inducam super me ma-

ledictionem pro benedictione, prudenter cavens periculum. Item Isaac quamvis testimonio Jacob & exhibitione ministerij quod esau imposuerat duceretur ad credendum quod præsens & loquens erat Esau : voce tamen ad credendum quod esset Jacob : positus inter utramque probabilitatem neutra se determinavit ad credendum neque in illis judicium suum fundavit : sed recurrit ad certitudinem Moralem : exploravit enim per tactum qui omnium sensuum est certissimus, unde licet Isaac mysteriose erraverit, non tamen judicavit ex mera probabilitate sed ex certitudine Morali propter quod non imputatur illi in imprudentiam. Ergo non est tutum operari super meram probabilitatem.

Quarta probatio sumitur ex Sanctis Patribus. Sanctus Pater Augustinus homilia 41. & refertur cap. *Si quis* 2. de Pœnitentia distinctione 7. *Tene certum dimitte incertum* : Sed opinio probabilis est cognitio incerta ergo non est tenenda. Nec valet, ut quidam respondent, Sanctum Augustinum fuisse locutum ex consilio, & idem de textu canonico non vero indicasse præceptum. Hoc inquam non valet quia Augustinus ibi intendit inducere peccatores ad pœnitentiam ante extremam periodum vitæ, & ideo ingerit timorem, quia scilicet incertum est an tunc remittuntur peccata propter defectum

debitæ dispositionis in illo articulo : unde fit ut differens pœnitentiam ad illud tempus exponat se periculo damnationis æternæ. Sed non in consilio, sed in præcepto est evitare periculum damnationis æternæ ; ergo Sanctus Augustinus & textus potius judicant præceptum quam consilium.

11. Item ex Divo Bernardo lib. 5. de consideratione ad Eugenium cap. 2. ibi : *Intellectus rationi innititur, fides auctoritati, opinio sola verisimilitudine se tuetur, habent illa duo certam veritatem. Cæterum opinio certi nihil habet : verum per verisimilitudinem quærit potius quàm apprehendit ; & hoc sciendum quod opinio si habeat assertionem temeraria est. Multi suam opinionem intellectum putaverunt, & erraverunt, possumus singula hic definire. Opinio est quasi pro certo habere aliquod quod nescis esse falsum.* Hæc ille in quibus tria præcipue consideranda sunt primum. Opinionem non habere certitudinem nec veritatem. Secundum esse temerariam, si habeat assertionem. Videlicet conclusionem opinatam esse veram. Ex quo sequitur temerarium esse illud judicium reflexum quod fundatur supra motivum mere probabile : Excedit enim vim motivi quod ut purum probabile non est aptum causare certitudinem : atque adeo illa certitudo non est à ratione sed à voluntate & per consequens temeraria. Tertium notandum esse defectum

essentialem in opinione, quia non fertur in absolute verum: sed tantum habet pro vero quod non apparet esse falsum, ex quo opponitur prudentiæ quæ non fertur in dubium sed in moraliter certum.

§. 9.

Proponuntur alia probationes dictæ Conclusionis.

12. EX Jure canonico & decretis Pontificum probatur 1. ex illa regula Juris in pluribus canonibus tradita videlicet: *In dubiis tutior pars est eligenda*, pro cujus intelligentia observa li *tutior* adversari non tuto juxta illud *Tene certum dimitte incertum*: Sed opinio probabilis est semper dubia & certitudo Moralis est semper certa. Ergo certitudo moralis juxta regulam Juris tenenda est non opinio probabilis.

Auctores contrarij videlicet tuentes opinionem probabilem derectivam esse actuum humanorum hanc regulam multiplici explicatione eludere conantur, e. g. aiunt regulam esse de dubio puro; sed male: quia ubi lex non distinguit nihil excipitur, ut fert regula communis, & consequenter nec nos distinguere debemus. Ergo non solum de dubio puro sed etiam de dubio ex motivo probabili in contrarium procedit: quod

abitinere ab utroque; ex quo ..
distinctionem illam inter dubi
dubium causatum ex rationibu
bus oppositis esse illusoriam :
giendum rigorem illius regula
nificasti.

Respondent 2. illam regula
dubiis facti & non Juris.

Sed contra quia nulla est dis
teneret in dubiis facti & non ju
in cap. *Veniens de* Præsbitero n
Dubium erat Juris an scilicet
tus habens tamen fidem Christ
cæterorum Sacramentorum ; &
gumenta probabilia pro utraq
à Pontifice ibi referuntur, & ta
ait : *Quod tutius est sequentes m*
tenus ipsum per singulos ordi

cujus obligationis innodatum, aut culpabilem: Quare in dubio potest uti sua libertate & post factum judicare se immunem à culpa. Ita Suarez, Sanchez, asor. Layman, Henriquez, Villalobos & alij. Fundamentum sumitur ex regula juris civilis quæ habetur lege: res alienas: Cod. de rei vindicatione: & L. sive autem. §. Si duobus ff. de publica in rem actione ubi Baldus & alij. In dubio melior est conditio possidentis.

Sed Contra. Non recte objiciunt viri Doctissimi unam regulam contra aliam. Quod sic ostendo. Nam si in dubijs melior est conditio possidentis, & possessio stat pro humana libertate; ergo non potest subsistere regula Juris Canonici, videlicet quod in dubijs tutior pars est eligenda: ergo regula Juris Civilis aliter debet exponi videlicet in *pari causa vel delicto*. Sicut in textu habetur.

Sed admissa regula Juris Civilis; assumptum est falsum. Videlicet quod possessio stat pro libertate humana; possessio enim stat pro Deo, & lege; hæc enim est vis legis restringere libertatem quæ ante erat soluta. Nam & nascimur & vivimus obnoxij obligationi Legis; non solùm ad eam observandum, sed etiam ad inquirendum ubi dubium consurgit. Leges enim antiquiores sunt quam homines qui sub legibus nascuntur. Ergo possessio stat ex parte legis &

non voluntatis. Præterea illa regula locum habet quando jura partium sunt obscura: sed respectu Dei nihil est obscurum: ergo non militat quando agitur causa inter Deum & hominem. Secundo quando agitur causa inter hominem & hominem non est tolerabile ut unus litigantium sit Judex in propria causa contra alium litigantem: ergo multo minus quando agitur inter Deum & hominem; valet ergo illa regula in materia justitiæ, & in foro externo, cum suis exceptionibus ut textus ibi indicat non tamen in foro interno seu conscientiæ.

13. Probatur 2. ex Regula 30. juris in sexto ibi *In obscuris minimum est sequendum* Quia minimum continetur in maximo. Ratio ibi in glosa *Quia de minimo non potest esse dubium.* Exemplum ibi in glosa. Si aliquis leget decem mensuras ubi sunt duo genera mensurarum non exprimens utrum de majori vel minori mensura sit sermo, de minori debet intelligi: quia certum est hoc saltem non esse contra mentem testatoris: at si intelligeretur de majori, periculum esset ne sit contra mentem ejus.

Probatur 3. ex decreto Innocentij undecimi 2. Martij 1679. ibi in 1. loco damnatur propositio asserens non esse illicitum in conferendis Sacramentis sequi opinionem probabilem relicta tutiore. Item damnatur peopositio asserens judicem posse judicare

secundum opinionem minus probabilem. Si autem hoc non licet in Judicio publico quæritur cur liceret in Judicio privato conscientiæ.

Item damnatur propositio asserens quod generatim dum probabilitate sive intrinseca sive extrinseca innitimur quantumvis tenui dummodo à probabilitatis finibus non exeatur, prudenter agere.

Item damnatur propositio asserens quod excusatur ab infidelitate non credens si ducatur opinione minus probabili. Quæritur ergo quare excusatur à cæteris peccatis & non ab infidelitate? Ergo ex his non obscure colligitur illud Principium. Probabile, ut probabile, non esse fundamentum solidum ad prudenter operandum, & ad reddendum operantem immunem à peccato.

Quarto probatur nostra conclusio ratione. Deliberate operari opus de quo operans dubitat probabiliter esse peccatum, aut saltem dubitare debet an sit peccatum, peccare est. Sed operans ex motivo probabili operatur opus de quo dubitare debet, imo dubitat probabiliter an sit peccatum. Ergo peccat. Major est certa. Minor probatur. Quia dum probabiliter cognoscitur opus ut rectum: assensus de rectitudine ejus non est certus sed cum formidine oppositi: nam si rectitudo est tantum probabilis: consequens est ut oppositum sit etiam probabile. alias rectitudo non

esset probabilis sed certa.

Respondent Adversarii argumentum recte concludere de Judicio directo non autem de Judicio reflexo: aiunt enim quod quando operans probabiliter & directe judicat se esse sine peccato, in Judicio reflexo judicat posse operari securè.

Sed contra intolerabile videtur si dicatur quis posse operari cum dubio peccati. Sed intolerabilius quod habeat pro certo se non peccare in opere quod sit dubium an sit peccatum. Primum est contra timorem, vel amorem Dei. Secundum non solum contra timorem aut amorem; sed etiam contra ipsum lumen rationis. Cum enim Judicio directo judicatur illud opus non absolvi à periculo peccati, quomodo potest rursus habere judicium certum reflexum quod fiat sine periculo peccati. Nec quidquam refert quod sint duo diversa Judicia, unum scilicet directum, & aliud reflexum, nam Judicium reflexum, quod dicitur certum, fundatur in Judicio directo, quod est incertum; ideo ergo dicitur certum esse opus fieri sine periculo peccati, quia ita judicatum est videlicet esse probabiliter expositum periculo peccati. Ergo ideo est certum fieri sine peccato, quia incertum est ipsum non esse peccatum.

Animadverte nos impugnare opinionem probabilem in præsenti opusculo, quod quidem est angustum spatium ad tractandum

tam gravem difficultatem: quia etsi sententia eam propugnans habeat suum gradum probabilitatis juxta sensum propugnantium: magis tamen videtur appropinquare & favere astutiæ humanæ quam nostra sententia. Astutia namque humana in hoc vel maxime opponitur & supplantat prudentiæ, quod respicit proximum & immediatum commodum & cupiditatem voluntatis; parvi pendens damna & pericula quæ inde oriantur: & cum callida machinatione sub simulato pallio prudentiæ se ingerere conatur omnibus actionibus humanis, & consequenter cum sit fons & origo illius contagionis pestiferæ, de qua currente calamo in apparatu hujus tertiæ partis nostræ dissertationis tractavimus. Inde est quod contrariam sententiam utpote astutiam humanam, nostro videri, redolentem ex nostris consiliis arcere nitimur.

Prudentia vero quantumcumque respiciat proximum commodum ulterius tamen prospicit (& ideo ætymologice prudentia dicitur, id est procul videns.) & requirit securitatem & certitudinem ut scopus operis liberetur à periculo & damno quæ oriri solent ex proxima commoditate. Quam securitatem si non invenit, respuit proximam commoditatem.

Hæc Doctrina illustratur exemplis. Astutia humana adjudicavit propter præsentem necessitatem seu perplexitatem, tum temporis eminentem, expulsionem Regis An-

gliæ & elevationem Principis Auriaci in Thronum & Sceptrum ejus esse congruentem & commodam; non tamen consideravit nec procul respexit scandalum & detrimentum Ecclesiæ, imo fidelium & infidelium; persecutionem, clades & ruinam Catholicorum; nec (quod majus est) iram Dei inde consequentem. Sero sapiunt Phryges. Nunc quando vix remedium humanum adhiberi potest vident damna & pericula irreparabilia, inde orta & in dies magna probabilitate magis ac magis oriunda.

Secundum exemplum (proh dolor) hisce temporibus nimis obvium. Concionatores Evangelici, & etiam Prælati Ecclesiastici in pluribus partibus conformantes se voluntati & inclinationi Principum & magnatum à quibus promotiones, honorificas dignitates, & divitias auspicantur, vel indignationem timent (quasi vero in favorem Principum & magnatum vel silent vel obnubilant veritatem Evangelicam, præferentes voluntatem humanam voluntati Dei, inde pro apparenti proximo commodo applicantur media nulla consideratione habita de ruina animarum, præjudicio Evangelii, & consequenter corruptela Rei publicæ Christianæ, quæ inde oriuntur. Ecce quomodo astutia prævalet contra prudentiam fundata supra apparentem probabilitatem sine ulla securitate.

Nec valeat si dicas, quod Principes, Mag-

nates & Magistratus nolunt audire veritatem in suis coloribus, & quod sint nimis potentes ut aspere & perspicue reprehendantur, unde timetur ne deteriora eveniant si exasperentur. Hoc inquam non valet. Fateor quod veritas odium parit: sed non propterea deserenda est. Principes & Magnates hujus sæculi sunt potentes; sed veritas fortior, & justitia potentior. Et ex parte utriusque staret Deus. Sed quando Ministri Ecclesiastici per astutiam humanam corruptelæ & iniquitati submittunt; divina assistentia subtrahitur. In his fateor quod Sacramentum Regis abscondere decet, nec Concionator Evangelicus tenetur se intromittere nimis curiose in abscondita Mysteria regiminis, Regni vel Reipublicæ, At vero quando agitur publica causa honoris Dei: quando injustitia usque ad cælum clamat: quando posuerunt in cælum os suum, & lingua eorum transivit in terram: tunc silere nefas est, & instat illa commissio Isaiæ cap. 58. clama ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam & annuntia Populo meo scelera eorum & domui Jacob peccata eorum.

§. 4.

15. PRimum quæsitum positum sectione secunda secundæ partis §. 2. fusius examinatur. Videlicet an fuerit probabile,

fuisse fœdus clandestine contractum inter Regem magnæ Britanniæ & Christianissimum Regem in detrimentum aliorum Regum & Principum Europæ.

Pro recta intelligentia animadverte 1. quod non disputamus de probabilitate illius fœderis secundum præsentem statum rerum Europæ : siquidem assertores illius fœderis evidenter vident, & ore tenus recognoscunt nullum fuisse : & consequenter pro præsenti nullam habere probabilitatem : sed omnia evenisse ex errore in materia status, perplexitate, ambitione, & furore, astutia humana in executionem concurrente. Errore ex parte multorum, perplexitate ex parte aliorum, ambitione ex parte Principis Auriaci, & fautorum ejus : ex furore ex parte plebis. Quæstio ergo est an pro illo tempore quo ante expulsionem Regis Angliæ, facta est colligatio in eversionem Regni ejus, dictum fœdus habuerit aliquam probabilitatem, quæ posset fundare judicium ac assensum viri prudentis ac timentis Deum.

Animadverte 2. quod Rumores falsi, inventiones & calumniæ, quæ oriuntur ex odio, invidia, ambitione, vel zelotypia partis adversantis non causant probabilitatem, non fundant judicium, nec assensum viri prudentis ac timentis Deum : sed potius dissensum. Causant tamen credulitatem vulgarem & imprudentem assensum indomitæ ple-

bis, unde oriuntur commotiones, schismata, & rebelliones Populorum. Quapropter pseudo politici qui & merito Machiavellistæ appellantur hoc strategmate ut plurimum utuntur ad consequendos suos sinistros fines.

Nota tertiò quod probabilitas extrinseca fundata in aliqua probabilitate intrinseca (ut præsumitur) sumenda est penes auctoritatem Doctorum prudentium, ac timentium Deum, non fundat nisi fidem humanam; si non adest probabilitas intrinseca. Fides autem humana non debet esse regulativa nostrorum operum in ordine ad legem Dei; probabilitas ergo intrinseca simul cum extrinseca fundat opinionem probabilem de qua in §. antecedenti. Probabilitas intrinseca consistens in connexione intrinseca conclusionis cum suis principiis, si adeo connexa apparet ut fundet certitudinem, moralem sine controversia est regulativa actuum humanorum.

Nota ultimo quod Homo prudens non potest nec debet fundare suum Judicium super testimonium partis adversantis: aliàs idem esset testis in propria causa quod in omni foro est contra normam justitiæ. His præmonitis sit nostra prima conclusio.

Propositio de liga clandestine contracta inter Serenissimum Regem Angliæ & Regem Christianissimum in præjudicium aliorum Regum &

Principum Europæ, (quæ est origo & fu mentum nostrorum malorum) nunquam probabilis probabilitate extrinseca.

16. Probatur 1. Probabilitas extri debet pensari penes auctoritatem ali præter partem adversantem. Nemo eni testis in propria causa ut jam prænotavi pars enim adversans est semper susp sed nulla alia auctoritas potest assignari extrinseca probabilitate illius propositi ergo probabilitas extrinseca illius can & legaliter fuit nulla. Major est omn certa, probo minorem: nam assertores fœderis fuerunt vel Princeps Auriacus,& fautores, vel subditi Protestantes ipsius I Angliæ, vel denique legati, & ministri tum principum confœderatorum, & e fautores: sed omnes isti fuerunt ex part versante: ergo auctoritas illorum non davit probabilitatem extrinsecam & leg dictæ propositionis. Major est evidens, q doquidem nulla alia natio, Societas l num, vel concursus Doctorum asseruе aut vindicarunt prædictum fœdus; prob norem. Per experientiam & eventum r festum est, Principem Auriacum aspira ambivisse Thronum & Sceptrum Regis

verant eum esse imbutum, conspirasse cum Principe Auriaco ad spoliationem ejus Sceptro & Throno. Nec potest negari legatos, Ministros, Principes & fautores eorum qui percusserunt fœdus cum Principe Auriaco & per illud fœdus convexerunt eum ad Sceptrum & Thronum conspirasse. Ergo non potest negari hos omnes fuisse ex parte adversante & consequenter testimonia eorum non posse fundare probabilitatem extrinsecam dictæ Propositionis.

Probatur 2. & Confirmatur dicta probatio. Quicumque imposuerit calumnias, rumores falsos, & inventiones malitiosas alteri, non debet auctoritas ejus fundare legitimam & criminosam probabilitatem contra ipsum in posterum; ut passim consicit in jure canonico & Civili: sed pars adversans sparsit plurimas calumnias, rumores, & inventiones malitiosas contra Regem Angliæ: exempli g. circa ortum & Nativitatem Principis Vvalliæ, ut reliqua prætermittam, imo omnia impudentissime contra manifestam & publicam veritatem, sine ullo prætextu probationis legalis, vel Juridicæ, coram Tribunali, Parlamento, vel Curia usque ad hodiernum diem: ergo auctoritas illorum quoad probabilitatem extrinsecam dictæ propositionis evidenter corruit.

17. Sit Secunda nostra conclusio.

Dicta propositio non fuit probabilis probabi-

litate intrinseca.

Probatur. Possessio juris se tenet ex
te conclusionis: semper enim spectat
partem negativam donec constiterit
probativa partis affirmantis : sed m
est conditio possidentis in pari causa ve
licto juxta regulam juris civilis quæ h
tur L. Res alienas Cod. de Rei vendica
& alibi : ergo &c. Tum sic : sed non
tant probationes talis fœderis plus q
probationes aliorum rumorum ut supra ;
enim apparuerunt instrumentum, nec
tes Legales nec lis unquam acta fuit co
competenti judice, ut omnes novimus :
ex nullo capite constat probabilitas
ligæ. Et consequenter qui procederet in
humanum ex suppositione probabili
ejus, committeret imprudentiam & inj
tiam manifestam in re gravissima. Prob
hæc ultima consequentia. Judex facere
justitiam possessori si ante cognitam
sam spoliaret ipsum ; in judicio enim
absolutio nec damnatio periculo caret
cognitam causam. Si enim Judex dan
innocentem peccat in proximum, si at
absolvit criminosum, peccat in justiti
& in rempublicam communem : omn
enim interest delicta puniri ; debet ergo

Probatur tertio, ex D. Augustino lib. 3. contra litteras Petiliani cap. 59. neminem puto recte judicare nocentem qui hominem non convictum crediderit innocentem. Item in cap. ex parte de scrutinio dicitur: illum quem indignum esse non novit dignum debet, æstimare. Item S. Thomas 2. 2. q. 60. a. 4. ubi non apparent manifesta indicia de malitia alicujus, debet unusquisque eum ut bonum habere interpretando in meliorem partem quod dubium est; alioquin injuriatur ei & contemnit ipsum. Quod autem his omnibus contrarium factum sit Regi Angliæ circa suspicionem fœderis, nemo adeo obcæcatus est ut iret inficias. Ergo, &c.

Quod autem non extabant indicia probabilitatis illius propositionis & multo minus ipsa probabilitas: patet in primis ex eo; quod Rex Angliæ nullam injuriam aut provocationem obtulisset nec quidquam exorbitanter postulasset ab uno vel alio ex Principibus colligatis contra ipsum nec minatus est movere bellum contra illos nec milites gregarios aut stipendiarios in terrorem illorum aggregasset: nec ullam injuriam per mare aut per terram obtulisset. Et patet secundo ex eo quod nulla mentio fuit facta Regis Angliæ in conclusione pacis universalis; quod esset impossibile si esset fœdus inter ipsum & Christianissimum Regem contractum; quandoquidem eo tempore Rex Christianissimus

fuerit victoriosus, magis gloriosus & pc
quam in initio belli. Ergo à primo ad
mum prædicta liga non habuit probabi
tem intrinsecam, nec extrinsecam, nec
dicia probabilitatis. Animadverte ta
quod ulteriorem probationem conclusi
relinquimus solutioni argumentorum.

18. Objicies 1. manifestum est Re
Angliæ habuisse correspondentiam &
citiam cum Rege Christianissimo 8
nuisse contrahere ligam defensivam vel
fensivam contra ipsum: ergo etsi non
dus in terminis contractum: data est ta
vehemens ansa suspicionis de tali fœ
Tum sic: sed Principes partis advers
apprime norunt se non posse resistere
duobus Regibus potentissimis simul u
unde propter suam securitatem opor
unionem illorum quantocius impedire
cum hoc aliter fieri nequit nisi per
nem omnium principum contra quos b
bat Christianissimus Rex vel contra
minabatur bellare: inde venit ut in
priam defensionem uniti sunt & Regem
gliæ indirecte expugnarunt.

Hanc objectionem objecit mihi
rabilis & eximius, Pater Magister
mingues Assistens generalis Ordinis S
Patris Augustini pro Regnis Hispani
& profecto illam objectionem ullius
menti in hac parte nunquam inveni
obl

obſtante omni induſtria & indagine quam diligenter exhibui in mea peregrinatione per principales provincias Europæ, ut ſi forte conpeſcere valeam judicium conceptum de tali modo procedendi inter medios Chriſtianos qualem inter Ethnicos nunquam legimus.

Reſpondeo ergo primo ad objectionem tanti viri, dolens quod non habuerit plauſibiliorem cauſam præ manibus. Concedo antecedens & nego conſequentiam. Omnis ratio prudentiæ ſuadebat, ut Rex Angliæ in illa conjunctura rerum ſervet correſpondentiam & amicitiam cum Rege Chriſtianiſſimo, tum quia propinquus ratione viciſſitudinis & commercii utriuſque Regni, tum etiam quia Rex Chriſtianiſſimus illis temporibus nullam provocationem vel violentiam obtulit illi vel Regnis ejus; tum quia Rex Angliæ incepit regere Populos multos nimis inter ſe diſſitos & confuſos in materia religionis & majori ex parte averſos cum religione ipſius Regis, unde conveniens erat ut cum aliquo Principe externo communicet; ſed hæc omnia non probant fœdus in præjudicium aliorum, nec malitia ulla in his omnibus apparet, aliàs Reges Daniæ & Suetiæ, imo & Poloniæ fœdus contraxiſſent, quia revera correſpondebant & commercium frequentiſſimum habuerunt cum Rege Chriſtianiſſimo. His etiam rationibus convincitur Regem Angliæ non potuiſſe nec prudenter debuiſſe contrahere li-

gam contra Regem Christanissimum, quando-quidem fuerat præoccupatissimus intra limites suæ ditionis in materia religionis & status. Præterea nullam habens occasionem bellandi contra ipsum cur non possit exitiisse neuter inter utramque partem sicuti alii Reges prænominati. Insuper si foret ansa suspicionis, non deberet Judex prudens judicare & procedere in damnationem sine omni probatione vel loco defensionis aut purgationis, aut per se aut per suos legatos. Hæc omnia tempore opportuno fuerunt denegata Regi Angliæ, ut publicè manifestum est.

Objicies secundo. Rex Angliæ expulsus & spoliatus Sceptro & Throno confugit in Galliam præ cæteris nationibus. Ergo hoc confirmat illum habuisse fœdus cum Gallia præ aliis. Respondeo concedendo antecedens & negando consequentiam; omnes enim alii Principes ad quos posset convenienter confugere erant confœderati cum adversario & colligati in expulsionem ejus, unde non erat rationabile petere refugium apud eos: præterea nec Rex Hispaniæ nec Imperator Romanorum habuerunt Classes in mari nec alias circumstantias quibus reciperent refugium ejus.

19. Objicies 3. Rex Galliæ obtulit copias auxiliares Regi Angliæ contra invasionem Principis Auriaci, misit etiam Classem & copias in Hyberniam contra Principem Auria-

cum,item Hyberni misererunt copias in Galliam auctoritate regia,sed hæc omnia probant ligam defensivam & offensivam inter utrumque Regem,ergo talis liga non debet negari. Respondeo ad primũ,Regem Galliæ obtulisse copias Regi Angliæ, sed publicè manifestum est Regem Angliæ eas non acceptasse, ne ansam suspicionis præberet , quod autem Rex Galliæ miserit copias & Classem in Hyberniam & Hyberni in commutationem misissent copias in Galliam, hæc omnia facta sunt post expulsionem Regis, ex quo non probant ligam quæ sit motivum & causa expulsionis, ad illud quod solet objici,nimirum quod Rex Angliæ fuerit fideijussor pacis Numigæ & consequenter quod tenebatur compellere Regem Galliæ ad observandum articulos dictæ pacis ; non urget : ante quam enim proferat sententiam contra Regem Galliæ ac prorumperet in bellum adversùs eum , opus erat ut manifeste appareat aut convictus foret Rex Galliæ violasse articulos dictæ pacis, quod non est actum usque in hodiernum,diem, ut constat in articulis pacis ultimæ apud Castellum de Risuvich.

Super hæc omnia evidens est quod non debuit fieri executio Justitiæ contra Regem Angliæ antequam audiatur causa ejus coram aliquo competente judice. Lex enim naturæ requirit ut detur locus defensioni ante dam-

nationem & executionem. Hoc den
fuit Regi Angliæ, ut satis compertu
ergo omnes rationes quæ possunt
non valent fundare tantam auctorita
certitudinem, ut judex possit proferre
tiam in causa particulari absque eo qu
lenter & contra legem Dei procedat
minus in causa gravissima & ur
multorum; in materia Justitiæ, relig
Fidei. In illa enim causa agebatur
pedimento conversionis multorum I
rum ad Fidem Catholicam, de per
multorum à Fide, de injusta effusio
guinis, de scandalo Christianorum &
delium. Hæc omnia & plura alia ev
ex temeraria & præsumpta probabilit
tæ propositionis, de imaginario illo
clandestinè contracto inter duos illo
prædictos.

Si ille noster Cavillator hæc pu
aculeos appellat, saltem dicere tenet
liora video proboque, deteriora sequi
rim fateor quod veritas odium parit,
non semper expedit omnem veritatem
tare: nunquam tamen licet aut facto a
bo contra veritatem agere præsertim
do agitur causa honoris Dei, de ir
publica, detrimento & scandalo E
supprimere & celare veritatem ir
maxima est.

Candide ergo & sincere conclu

est nullam extitisse causam expulsionis Regis magnæ Brittanniæ & aliorum malorum quæ inde subsequuntur, cum ulla probabilitate intrinseca vel extrinseca præter ambitionem Principis Auriaci, furorem & aversionem Protestantium contra religionem Catholicam, & perplexitatem Principum Catholicorum ex bello cum Rege Christianissimo qua colligati sunt cum Protestantibus judicantes se aliter non posse subsistere. Ad quid ergo tot inventiones & calumniæ? forte conveniens esset quantum ad astutiam hujus sæculi: sed hoc parum refert nisi etiam prohibeatur ut nemo hæc intelligat. Sed profecto supra modum innotuerant usque ad fines terræ, imo valde crudele foret ut ille qui submergitur vel suffocatur prohibeatur ne edat aliquos gemitus ante mortem, & profecto paulo minus de nobis qui magnas miserias in hac parte patimur, dicendum est.

§. 5.

20. Examinatur secundum dubium positum in prædicto §. secundo secundæ partis, sectione secunda: videlicet an Prælati Ecclesiastici, Concionatores Evangelici, Confessarii & spirituales Directores Principum, & Populorum, & consequenter habentes promulgationem, interpretationem, jurisdictionem

ſuper fideles,& nunciaturam legis Dei juxta illud Apoſtoli 1. cor. 6. neſcitis quoniam Angelos judicabimus? quanto magis ſæcularia; an tenentur ex officio, juſtitia, & fidelitate, erga Deum & Hominem declarare veritatem, arguere & proferre ſententiam Juris Divini contra publicam & manifeſtam injuſtitiam & perniciem animarum, & an hoc debitum illis incumbit ex præcepto Divino ſine exceptione, diſtinctione, vel reſpectu perſonarum; juxta illud Iſaiæ cap. 58. Clama ne ceſſes &c. hic eſt ſenſus illius dubii extenſive, & reſolutio eſt affirmativa juxta prædictum textum & omnem expoſitionem ejus: traditur enim in prædicto loco ſine ulla reſtrictione de injuſtitia publica.

Probatur ergo hæc reſolutio 1. ex cap. 33. Ezechielis, ibi: Deus ad Prophetam. Terra cum induxero ſuper eam gladium & tulerit populus terræ virum unum de noviſſimis ſuis & conſtituerit eum ſuper ſe ſpeculatorem, ſi ille viderit gladium venientem ſuper terram, cecinerit buccina & anunciaverit Populo, audiens autem quiſquis ille eſt ſonitum buccinæ non ſe obſervavit, veneritque gladius & tulerit eum, ſanguis ejus ſuper caput ejus erit; ſonum buccinæ audivit, non ſe obſervavit: ſanguis ejus in ipſo erit; ſi autem ſe cuſtodierit, animam ſuam ſalvabit: quod ſi ſpeculator viderit gladium venientem & non inſonuerit buccina, & populus

ſe non cuſtodierit, veneritque gladius & tulerit de eis animam; ille quidem in iniquitate ſua captus eſt: ſanguinem autem ejus de manu ſpeculatoris requiram, & tu fili hominis ſpeculatorem dedi te; audiens ergo ſermonem de ore meo annunciabis eis, hoc teſtimonium, ad pedem literæ facit ad noſtrum propoſitum.

Probatur 3. ex lib. 3. Regum cap. 18. ubi Rex Achab volens imponere Eliæ Prophetæ culpam ſterilitatis in Iſraël ait, tu ne es ille qui conturbas Iſraël? Reſpondit Propheta. Non ego turbavi Iſraël: ſed tu & domus Patris tui quia reliquiſtis mandata Domini; quid referam proceſſus Samuelis de reprobatione Saül; certe noverat Elias quod Achab perſecutus fuerat Prophetas Domini & Jeſabel occidit eos, quare ipſe ait: occiderunt Prophetas Domini: altaria ejus deſtruxerunt, derelictus ſum ego ſolus, & quærunt animam meam. Et Samuel noverat quod Saül erat bellicoſus & male diſpoſitus: ſciebat enim eum injuſte occidiſſe Abimelec & omnes Sacerdotes Noëbe: & tamen neuter illorum celavit veritatem à Regibus. Nathan graviſſime accuſavit David facie ad faciem videlicet adulterii, & homicidii; forte Monoculus ille dicturus eſt: quod ſint pungentes aculei. Sed velim ſcire ab ipſo ſi eſſet favor & obſequium erga prædictos Reges, ut Prophetæ celarent veritatem &

testimonium Dei ab ipsis: debet respondere negative; causam enim Dei agebant & indignatio Dei imminebat. Secundo velim scire ab ipso an officium Prælati Pastoris & Concionatoris Evangelici sit laxioris obligationis vel minoris auctoritatis (proportione servata) in novo quam in veteri Testamento?

Certe & sine controversia quantumcumque luscus sit, debet respondere negative: tum quia amplior & perfectior est jurisdictio: tum quia gratia & dona magis abundant in Ecclesia Dei quam in Sinagoga.

21. Forte respondebit quod etsi hæc omnia vera sunt, non tamen expedit palam loqui hanc veritatem in curiis Regum & principum; & præsertim in curia Romana, propter assistentiam principum, ministrorum, legatorumque qui nolunt audire veritatem nudam & amaricantem, propter prudentiam & politicam dispositionem negotiorum, quæ in illo theatro orbis Christiani tractantur. Sed verius & melius respondisset, quod nolunt audire veritatem propter pseudopolitiam & astutiam humanam quæ revera prudentiam antevertit & omnia negotia à recto tramite & à vero scopo Ecclesiæ & Evangelii divertit.

Scribæ & Pharisæi habentes auctoritatem legalem: utpote sedentes in Cathedra Moïsi prohibebant ne in nomine Jesu ultra doce-

rent Apostoli. Petrus in actibus Apostolorum Cap. 9. respondit non licet hominibus magis obedire quam Deo. Et S.Paulus alibi, si adhuc hominibus placerem servus Dei non essem.

Scribæ & Pharisæi sub pallio & titulo prudentiæ dixerunt de Christo Domino in Evangelio: si dimittimus hunc hominem, venient Romani & tollent locum nostrum, & gentem. Respondit Caïphas Pontifex anni illius: expedit vobis ut unus moriatur pro populo ne tota gens pereat. Prætermisso sensu prophetico male respondit astutia humana: non enim licebat damnare innocentem propter conservationem totius Reipublicæ; & ideo hac de causa justo Dei judicio venerunt Romani & tulerunt auctoritatem eorum & gentem usque in hodiernum Diem. Scribæ ergo & Pharisæi non erant veri politici: sed pseudopolitici: nec vere prudentes, sed mera astutia humana cæcutientes.

Prudentiorem politicum se monstravit S. Thomas Cantuariensis in Anglia, qui restitit, & stetit pro veritate usque ad mortem. Idem dico de Excellentissimo viro Cãcellario ejusdem Regni Thoma Moro. Prudentius etiam quam Scribæ & Pharisæi se gessit Stanislaus in Polonia. Ambrosius contra Theodosium in Italia; sed & alii innumerabiles à sæculo viri famosi qui causam Dei agebant,

& veritatem neque propter promotiones honorificas, favores aut terrores suffocabant: & hoc modo reduxerunt Principes, Proceres & Magnates in obedientiam Evangelicæ veritati.

Alia dubiola posita in eodem paragrapho, sectione secunda secundæ partis sunt adeo perspicua, ut ulteriori ventilatione non indigeant. Quantumvis enim resolutiones eorum ibi non apposuimus, sunt tamen adeo obivæ ut legenti statim occurrant. Sit ergo

SECTIO SECUNDA ET ULTIMA.

Discursus primus in supplementum primæ partis.

22. OBservandæ sunt pro solutione multorum argumentorum quæ solent efformari ab adversariis contra auctoritatem Ecclesiæ & infallibilitatem summi Pontificis, sequentes distinctiones; quæ traduntur in prima parte hujus dissertationis. Prima distinctio traditur de actionibus potestativis & Judiciariis quæ Cathedram comitantur, & de actionibus personalibus quæ ad Cathedram non stant in eodem homine.

2. Traditur de definitionibus Doctoris

universalis ex Cathedra in materia fidei, in quibus non potest errare propter assistentiam Spiritus sancti promissam à Christo Domino:& ex altera parte de definitionibus Doctoris particularis & Doctorum doctrinaliter definientium in quibus possunt errare. Unde oritur

Tertia distinctio inter materiam facti & juris ex una parte & res fidei ex altera parte. In definitionibus ergo facti & juris potest Pontifex & universa Ecclesia errare quia in his non est promissa illis assistentia Spiritus sancti. Nota bene quando dicitur facti & juris intelligi de jure humano quatenus contraponitur materia fidei quæ comprehendit totum jus Divinum.

Animadverte tamen quod plures Doctores probabiliter propugnant infallibilitatem Pontificis & Ecclesiæ in jure humano & regulis morum ; nos vero ut separemus ea quæ habentur certa in Ecclesia ab eis quæ probabilia & pro incertis habentur, hanc distinctionem tradimus sine projudicio probabilitatis illius opinionis. Pro elucidatione doctrinæ & infallibilitate Ecclesiæ, operæ prætium judicavimus hic inserere parabolam quandam seu veram historiam quam quædam personæ fide dignæ scribunt accidisse in quadam Civitate Transsilvaniæ de Præsbitero Romano Catholico, Hæbræo, & Calvinista, non à multis diebus elapsis.

Calvinista igitur ex aliquo commercio invitavit Præsbiterum Romanum,& Hebræum ad convivium ; qui & inter epulas incitavit hospites ad concertationem de Religione. Disputabant ergo de adventu Messiæ ; unusquisque pro suo tempore in suo sensu abundavit : sed in progressu Præsbiter Romanus confutavit Hebræum. Ex quo facta est exultatio inter Christianos assistentes de parta victoria contra Hebræum. Hebræus vero profligatus respondit victoriam nullius esse momenti, quandoquidem ipse fuerit ignarus & litterarum rudis. Si tamen velint legitime meritum causæ probare & iterum in arenam descendere : conduceret Rabbinum seu virum doctum de secta Hebræorum qui advocatum suæ causæ rectius ageret ; quem etiam si confutaret Præsbiter Christianus jure merito trophæum reportaret. Præsbiter certamen inire non recusans tempus assignarunt post triduum & locum in eadem domo. Calvinista timens ne forte Præsbiter evictus succumberet hosti in causa communi conduxit alium Doctorem ex secta Calvinistica virum eruditum in linguis orientalibus qui & versatus erat inter dogmata Hebræorum , ut saltem quasi ex insidiis latitaret in aliquo angulo domus ubi posset audire concertationem illorum. Convenerunt igitur & pro viribus concertarunt de adventu Messiæ.Præsbiter erudite propugna-

vit Christum Dominum esse verum Messiam in lege promissum. Sed discursu temporis cæpit deficere, & Callidus Rabbinus prævalere, quo percepto à Doctore latitante, obtinuit mediante Patre familias, ut ipse posset inter illos discurrere, quo obtento, tam strenue dimicavit quod manifeste superavit Rabbinum, ita ut coactus sit fateri Christum Dominum esse verum Messiam. Indeque baptismum ab illis expostulavit: unde orta est nova quæstio cuinam ex illis se traderet proselitam. Doctor enim Calvinista retulit illi, tam etsi ipse & Præsbiter Romanus sint vere Christiani, per varias tamen & diversas semitas incedunt.

23. Interrogavit ergo Hebræus an aliquando fuerint conformes simul in Ecclesia eadem & quisnam ex illis discessit ab alio. Calvinista respondit Ecclesiam primitivam fuisse communem & uniformem illis à principio: processu vero temporis tot innovationes & corruptiones intrasse, ut plures desperantes de securitate salutis in illa petierunt suam securitatem extra illam, & quod ipse erat cum sua secta ex numero eorum qui discesserunt ab illa.

Interrogavit 2. Hebræus an retinuerunt in illa Ecclesia antiqua omnes articulos fidei quos receperunt à principio simul cum illis aliis innovationibus & sceleribus de quibus accusavit illos. Respondit Calvinista affir-

mative retinere quidem: sed plures quam receperunt; quibus imposuerunt onera gravia super humeros discipulorum. Ex quibus concessis confecit Hebræus consequens ratiocinium. Certum est quod extra Ecclesiam non est salus & nullibi esse Ecclesiam nisi in populo habente testamentum Cum ergo Ecclesia illa quam de sceleribus & innovationibus accusas aliquando habuerit testamentum ut constat ex eo quod retineat omnes articulos per testamentum traditos. Unde cum sit de natura testamenti permanere usque ad consummationem; ut manifestum est in veteri testamento; non obstantibus perpetuis innovationibus & sceleribus populi Hebræorum, cui Deus dedit illud. Unde cum novum testamentum sit magis confirmatum & stabilitum utpote per mortem & sanguinem testatoris manifestum est quod Deus non transtulit illud & ex consequenti quod in illa eadem Ecclesia perseveranter manet & non alibi salus speranda. Ex cujus sequela discursus tradidit se Hebræus proselitam & baptizandum in manus Præsbiteri Catholici rogans illum in primis ut recitaret illos articulos quos Calvinista innovationes & corruptiones appellabat.

Recitavit ergo illi numerum septenarium Sacramentorum, quem numerum Ecclesia retinet auctoritate Sacrarum scripturarum, juxta interpretationem Sanctorum Patrum &

Doctorum Ecclesiæ; nec non auctoritate ipsius Ecclesiæ & Conciliorum multorum, & antiqua traditione de generatione ad generationem; præterea quod hunc numerum probant ratione congruentissima, nimirum quod totum corpus mysticum Christi quod est Ecclesia, constet septem gradibus perfectionis, unde & quilibet gradus aut status debet sibi habere gratiam peculiarem provenientem & promanantem ex passione & meritis Christi: & consequenter per aliquod signum sensibile instrumentaliter significativum, & causativam talis gratiæ. Alias non possit administrari per membra & ministros Ecclesiæ juxta congruitatem & exigentiam corporis mystici.

2. Retulit illi distinctionem peccati mortalis & venialis, seu culpæ gravis & levis, quæ præter similes auctoritates quibus præcedens stabilitur congruentissime quadrat rationi, & experientiæ: evidens enim est quod furtum unius denarii levior culpa est quam homicidium. Unde cum nihil coinquinatum ingreditur in Regnum cœlorum Clementiæ Divinæ quadrat ut siquis moreretur in hac levi culpa non destinetur æternæ damnationi, & per consequens ut detur alius locus medius pro hujus modi expiatione: qui locus nec sit sedes beatorum nec damnatorum & quem congruenti appellatione Purgatorium vocant.

biis de reatu æternæ damna
temporalis ; quæ ſolide fu
Scriptura. Novimus enim q
tranſtulerit peccatum David
minus peccatum tuum , non
tavit tamen eum pœna temp
gum cap. 12.

Alios articulos quos adv
tiones vocant, retulit Præsbi
autem quia his & humilibu
nituntur , & prolixitati par
præſenti omittimus : ſufficiat
tradere concluſionem Rabbini
tam.

Videlicet quod etſi auctorita
juxta interpretationem Eccleſi
auctoritas ipſius Eccleſiæ ne
hæc & ſimilia probarent etc.

reduxit eum in gremium Ecclesiæ.

Quantum vero pertinet ad illud quod diximus in prima parte, nimirum dominium temporale convenire Pontifici, ut est Caput Ecclesiæ & vicarius Christi, animadverte quod non inde volumus inferre vel probare quod debet, aut potest Pontifex, aut Ecclesia, instituere Reges, aut eos deponere juxta voluntatem hominis: sed juxta voluntatem Dei, videlicet per interpretationem juris Divini, eo quod Pontifex sit judex omnium controversiarum, quæ oriuntur in tota latitudine juris Divini, præterea quia de facto exercet dominium temporale sibi peculiare: non tamen in præjudicium juris aliorum; dominia enim & institutiones Regum spectant ad jus Divinum juxta illud Proverb. 8. per me Reges regnant, &c.

Discursus secundus spectans ad secundam partem.

24. Pauca igitur observanda se offerunt quoad secundam partem eo quod sit mere narrativa & materia facti de manifesta injustitia & ruina Regni Hiberniæ, & Catholicorum ibi: circa quam injustitiam hæc observanda sunt vehementer, quod nativi illius regni fuerint constantissimi in religione Catholica omni tempore per spatium mille trecentorum annorum & ultra: & adeo

tenaciter adhæserunt illi, quod hæresis inter nativos nullum habuit ingressum : non obstante confiscatione omnium bonorum mobilium, & immobilium sæpè sæpius, & legibus pœnalibus rigorosissimis; etiam & ipsa tyrannide Cromui elis, nunc vero sub tyrannide Principis Auriaci deficere cœperunt, tum quia enormiter & intolerabiliter opprimuntur; tum etiam quia supra modum scandalizantur in his quæ sequuntur. In primis quod Principes Catholici sunt consentientes cum suo confederatore in omnibus persecutionibus & oppressionibus quæ de facto patiuntur sine ullo prætextu vel colore justitiæ, siquidem nullum demeritum ex parte illorum assignari valet.

Item obstupescunt quod Sancta Mater Ecclesia quæ ex Officio, auctoritate & pœnis gravissimis de his omnibus rationem reddere tenetur, in quantum ejus jurisdictio se extendit; in apprehensione tamen illorum omnibus consentit, nam qui tacet consentire videtur.

Tertio scandalizantur in eo quod rationabiliter judicant esse, & fuisse in potestate Ecclesiæ, procurasse unionem & concordiam inter Principes Catholicos sicut adversarii servant unionem & concordiam maximam in odium Ecclesiæ: videntes tamen quod unio Catholicorum segniter aut nullo modo procuratur; imo toleratur ut uniantur cum

hæreticis in manifestum detrimentum Ecclesiæ & fidei Catholicæ & in magnam stabilitatem & incrementum sectariorum, ex his adeo prædicti Catholici confusi sunt, ut plures dubitarent an ulla esset vera religio in mundo, qui vero inter illos persisterunt in fide Catholica huc usque observant valde respectu principum Catholicorum qui sunt colligati cum sectariis quod valde timendum est, ne veniat super illos moralitas fabulæ apud Phylosophum moralem, ubi fingit habuisse equum bellum cum fortiori animali, & videns se non posse resistere recurrit ad hominem implorans ejus auxilium contra adversarium, animal annuit homo, imponūtur phaleræ & frænum equo, equitat homo, repellitur & vincitur adversarium animal; at miser equus sperans se esse liberum, invenit se laqueo captum: scilicet in servitute hominis sine remedio. Nolo applicare hanc fabulam, ne videatur pungens aculeos. Alii timeant ne applicatio ejus appareat priusquam velint.

Discursus Tertius & est defensorius totius opusculi.

25. ETsi Calumniator soliditati Doctrinæ quæ in hoc libello cōtinetur discerpere directe nequit; est enim desumpta ex Sacra Scriptura, jure canonico & civili, necnon ex auctoribus probatissimis; & applicatio in-

materia facti notissima, vel in controversia classica trita & communi quod rudi stylo traditur, ideo quia veritas offuscatur coloribus, non dubito tamen quin à latere sinistro rimas confodiat per quas ingressum petat: videlicet ut politicum se jactet censuram politicorum & pseudo Theologorum sic consectaturum suspicor.

Dicens quod non expedit ut in materia sublimi; cujus consideratio spectat ad Reges, Principes & hectores Populorum, quis mittat falcem in messem alienam: videlicet ut illi qui sunt instituti & dedicati vitæ contemplativæ se intromittant in intricatissima quæque vitæ activæ & politicæ. Rectus ordo servatur quando unusquisque ad statum & officium sibi destinatum sedulo attendit. Confusio oritur quando quis assumit vel usurpat sibi officium alterius; sicut enim Sacra Scriptura cavit ne quis assumat sibi honorem Sacerdotii nisi vocatus fuerit tamquam Aaron; & ut non prædicent nisi mittantur. Ita vice versa & proportione servata cavendum est ne illi qui ex sua institutione separati sunt à strepitu & negotiis sæcularibus juxta illud Apostoli: nemo militans Deo implicat se negotiis sæcularibus ultro & iterum se intromittant in negotia principum & politicorum. Et eo magis cavendum est quod stationes principum sunt sublimes jure Divino

& humano; ſecuritas enim populorum dependet à ſecuritate eorum: & confuſio eorum reſultat in confuſionem populorum. Unde juxta leges pœnales omnium regnorum crimina læſæ majeſtatis ſunt graviſſima, & morte puniuntur. Hoc idem dicendum de ſupremis etiam Prælatis; proportione ſervata. Habent enim ſuos Conſiliarios & peculiares miniſtros ſibi aſſignatos cum quibus negotia regiminis tractare debent, nec omnibus licet ſe intromittere in negotia eorum quandoquidem Sacramentum Regis abſcondere bonum eſt, juxta Sacram Scripturam: & multo minus illis imponere vel detrahere licet. Non enim eſt poteſtas niſi à Deo. Imo tenemur obedire præpoſitis noſtris etiam Diſcolis juxta Apoſtolum. *Ad Hebræos* 13.

Hæc Doctrina videtur plauſibilis, & bene fundata: & ideo non eſt nobis in votis impugnare, ſed potius confirmare illam. Nec recognoſcimus nos quidquam contra illam dixiſſe in diſcurſu noſtræ diſſertationis. Interim qui bene diſtinguit bene docet. Patitur ergo diſtinctiones, & exceptiones in confirmationem ejus, & ut luculentius appareat, & ut aſtuta potius quam ejus politica applicatio non evertat doctrinam à nobis ſupra traditam.

26. Dico 1. quod omnes leges inferiores ceſſant ſtante lege ſuperiori in contra-

rium; v. g. leges Canonicæ prohibent ne Ecclesiastici utantur armis. Quando autem inimici vallo obsident Civitatem, & exponuntur manifesto periculo vitæ: leges Canonicæ cessant & naturalis lex urget, ut sumant arma in propriam defensionem, nemo hanc assertionem ibit inficias.

Dico 2. quod vita contemplativa & vita activa sibi mutuò succurrunt: quapropter qui sunt separati & instituti ad vitam contemplativam non adeo per institutiones constringuntur ut non possint exercere munia vitæ activæ; quoties causa honoris Dei, vel necessitas corporis mystici sic requirit ut patet in perpetua praxi Ecclesiæ & Christianitatis assumentis hujusmodi viros ad officia, & munera vitæ activæ, nec hoc debet censeri in detrimentum vitæ contemplativæ, quandoquidem cedit in perfectionem & finem ejus, videlicet amorem Dei & proximi.

Dico 3. quod forum conscientiæ & jus Divinum se extendit ad omnia jura & fora, & est mensura & regula eorum, ut omnes Christiani adstruere tenentur. Jurisdictio autem Concionatoris Apostolici & Evangelici tractat de foro conscientiæ in tota latitudine juris Divini sine ulla exceptione, vel respectu personarum, unde nec institutiones vitæ contemplativæ, nec leges humanæ impedire valent, sine violentia, quin arguat, increpet, obsecret & clamet, saltem contra pec-

cata publica & manifeſtam injuſtitiam: præſertim quoties fuerit in publicum detrimentum Eccleſiæ & perniciem animarum.

Dico 4. quod nos in hoc Tractatu non detraximus nec impoſuimus Regibus, Principibus aut Prælatis, ſed veridice retulimus materiam facti publici inquirendo ſimul de officio Prælati & Concionatoris in ordine ad Deum & hominem, Eccleſiam & Principem in tali conjunctura, non obſtante quacumque lege inferiori in contrarium, imo nulla vera lex inferior poteſt eſſe in contrarium, & hæc fecimus ex officio Concionatoris Evangelici & Apoſtolici in cauſa Dei & ejus Eccleſiæ, & zelo juſtitiæ & propter obligationes quas debemus religioni, Regi, & Patriæ. Si ergo tenemur omnem debitum honorem præſtare Regibus, Principibus, & prælatis noſtris; non meremur inde cenſuram, quia conquerimur de manifeſta violentia facta Religioni Regi noſtro legitimo, & Patriæ, nec non de perſecutionibus oppreſſionibus, incarcerationibus, & perpetuo noſtro exilio ſub pœna capitis contra omnia jura Divina & humana, quæ debent vocari jura.

27. Quantum ad me attinet, non dubito, me habere præclarum titulum ad tractandum de hiſce rebus; eo quod Theologus & Concionator, & Miſſionarius Apoſtolicus ſim. Quod à multis annis laboraverim in vinea Domini; plures hæreticos in gremium Eccleſiæ

reduxi,& recepi. Ærumnas, angustias, miserias, incarcerationes passus sum in causa Religionis,& Ecclesiæ, tam in pace, quam in bello: imo multa pericula & ingratitudines ab ipsis domesticis fidei perpessus sum ; & tamen per gratiam Dei perseveravi & fidem servavi. Grandævus sum, & peragravi meliorem partẽ Europæ ; omnes regiones in quibus certius investigare valeam originem nostrorum malorum. De hoc negotio agens astiti Regibus, Principibus , & Prælatis ; Doctores , & celeberrimos viros de hac re consului. Investigavi, inveni, & vidi ex eadem origine nostræ miseriæ oriri detrimentum Ecclesiæ , perniciem animarum, scandalum magnum & periculum eminens.

Insuper libertate Evangelica utor. Quia non adspiro ad favores Principum, promotiones honorificas, dignitates aut divitias. Quantumcumque enim egestate laboro hujusmodi non compararem dispendio veritatis, & justitiæ,& contra illud Isaiæ 58. *Clama ne cesses* &c. nec contra illud Oseæ cap. 8. Clangite Buccina in Gabaa, Tuba in Ramaa ululate in Bathaven. Si quid tamen imprudenter prolatũ est, sit excusabile per hoc quod zelus domus tuæ comedit me & opprobria exprobrantium tibi ceciderunt super me. Errare possum, hæreticus non ero, omnia namque correctioni sanctæ Matris Ecclesiæ ex corde subjicio.

FINIS.







